

MURG

779



1879.
1. *Agrostis, ...*
2. *Agrostis, ...*
3. *Agrostis, ...*
4. *Agrostis, ...*
5. *Agrostis, ...*
6. *Agrostis, ...*
7. *Agrostis, ...*
8. *Agrostis, ...*
9. *Agrostis, ...*
10. *Agrostis, ...*

1879.
1. *Agrostis, ...*
2. *Agrostis, ...*
3. *Agrostis, ...*
4. *Agrostis, ...*
5. *Agrostis, ...*
6. *Agrostis, ...*
7. *Agrostis, ...*
8. *Agrostis, ...*
9. *Agrostis, ...*
10. *Agrostis, ...*



G. 39. num. 5.

21.

24

22

I. N. D. N. J. C.

DISSERTATIO JURIDICA 1679 2.

De

JURE MAIORIS PARTIS,

Quam

PRÆSIDE

DN. FRIDERICO SCHRAGIO,

J. U. D. & Prof. Inst. Imperial. Publ.

Solenni disquisitioni submittit.

Autor

JOHAN. CHRISTOPHORUS BURGERUS,

Hall. Sax.

Ad diem Mensis Januarii. M. DC. LXXIX.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.




B. M. 7

181



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



qua
viro
cles
ciur
re a
tum
tur;
mer
depr
hui
lice
qu
juv
lus
qua
a





CUM DEO!
DISSERTATIO JURIDICA
de
JURE MAIORIS PARTIS.

Nter argumenta omnis ævi ut frequentia ita summe ardua collocatas fuisse quæstiones, quæ de Jure majoris partis agitatae sunt, nemo eruditorum est, quem lateat. Atque in hunc diem non minus intricatos, quam quotidianos, materiae huius casus magnorum virorum ingenia exercuisse, utriusque fori, cum Ecclesiastici tum Secularis, Doctores manifestum faciunt. Et quamvis multa eorum, quæ ex hoc genere ad forum nostrum pertinent, sententiis prudentum definita, Legibus Imperantium decisa legantur; nemo tamen non plures in ipsis rerum argumentis, quorum subinde *formas edere natura novas deproperat, l. tanta. 2. §. sed quia. 18. C. de V. l. E.* doctrinae huius nævos adgnosceret cogitur. Cujus argumenti licet solida cognitio ab his annis sperari non possit, quoniam tamen aliqualis graviorum rerum scientia juventuti deneganda non est, facilem se benevolus Lector præbebit, si non quidem subtilissima quæque, sed quæ studio isti, in quo constitutus sum, aliquomodo conveniunt, in forma speciminis Academici exhibere studuero.

THESES PRIMA.

Juris vocabulum, ut sub hoc titulo venit, modo in sensu generali, modo in speciali exaudiendum est. Quid nomine isto hinc specialiter indiget, in singulis observari potest: pro diversitate enim personarum rerumque subjectarum varios intellectus recipit. Hugo Grotius & qui ad eum commentati sunt, quia de Jure majoris partis ad societatem Civilem relato in specie egerunt, sub voce *Juris* de potestate statuendi majori numero civium, vel eorum, quibus civitas imperium commisit, competente, locuti sunt. In dissertatione nostra alibi facultas habendi, alibi vis potestasque administrandi, alibi congruitas & probabilitas fidem faciendi in constructione hac intelligitur. Qui rem una & generali definitione complexurus est, eum significatum Juris hinc referet, quo id, quod secundum majorem partem *justum* est, designat.

Th. II.

Majorem in oppositione *minoris* dici, expeditum est. *Majores* autem, ut ita dicam, modo refertur ad personas, modo ad res, modo ad judicia. Ad personas relata plerumque prerogativam aetatis, aliquando generationis, interdum dignitatis, interdum potestatis, modo auctoritatis, modo fidei, modo causae, modo bonorum, modo Juris, saepe numeri personarum sententiarumque significat. Prerogativam aetatis exhibet *tot ff. & C. Ex quibus caus. maj.* Unde dictus est *Majoratus*, h. e. conditio senioris in familia seu inter adgnatos. Prerogativam generationis significat Constantinus, cum de Majorum imaginibus, in *l. lex qua. 22. vers. nec vero. C. de Admin. Tut.* ita judicat; *majorum imagines aut non videre fixas, aut revulsas videre, lugubre est.* Eodemque pertinet *l. jurisconsultus. 10. §. parentes. 7. ibi: parentes ultiores, qui non habent speciale nomen, majores appellantur. ff. de Grad. & Aff. add. l. cum in longi: fin. vers. ideo enim. verb. nostri majores. C. de Praes. long. temp. l. maximum. fin. vers. Nam hoc. verb. majorem nostrorum. C. de lib. prater.* Prerogativa dignitatis & potestatis index est *t. t. Decretalium de majoritate & obedientia.* Eandemque in Jure Civili ea designant

loca

loca, quibus officiales, Magistratus & Judices in majores & minores distinguuntur. Quo spectant *l. rem non novam. 14. vers. cum igitur. verb. omnes iudices sive majores sive minores. C. de iudiciis. l. jubemus. 34. pr. verb. majoris & minoris iudicis. C. de Appellat. add. N. 134. c. 9. Auth. Hodie. C. de Custod. Reor. In l. licet retro. vers. jubemus. C. de Locat. majores milites legimus. add. Angel. Consil. 268. pr.* Hoc sensu apud Gallos *Majores Palatij*, vulgo *Majores domus*, dicebantur, ut docet *Iul. Cæs. Bulenger. de offic. regn. Gall. rubr. de Majoribus Palatij*. Confer de summa hac apud Francos veteres Majorum domus potestate *Consultis. Dn. Adseff. Mauritii diss. de Recess. Imp. th. 3. circa fin. Dionys. Gothofred. ad Rubr. C. de off. Præs. Prætor. Orient. & Illyr. Pari significatu Maires, majores*, qui instar Scabinorum Magistratibus vel Judicibus adsident, dictos esse, idem Bulengerus autor est *d. l. rubr. de Majoribus & Scabinis*. Ad Prærogativam auctoritatis pertinet *d. l. rem non novam 14. vers. Sic etiam, verb. majore Præsidio. C. de iudiciis. ibiq. Gothofred.* qui non incommode eo refert illud Senecæ *in Tiest. actu 3. Quidquid à vobis minor expavescit, major hoc vobis dominus minatur*. De Prærogativa fidei loquitur *l. optimam. 14. in fin. C. de contrahend. stipul.* ubi testes *omni exceptione majores* pro iis dicuntur, quibus plenissima fides tribuitur. Prærogativa *Causæ* intelligitur, cum *Majores pro auctoribus*. h. e. iis, à quibus alii Jus suum habent, dicuntur in *l. vitia. 11. C. de Acquir. & retin. poss.* De Prærogativa bonorum textus est in *§. sed nostra. 3. Inst. de success. libert.* ubi *majores Centenarius* appellantur, qui majorem centum aureis substantiam habent. Prærogativa *Juris* intelligitur in *l. 8. ff. de Paetis. l. 14. pr. ff. de possit.* Prærogativæ numeri personarum sententiarumque exempla cum in *d. l. majorem. 8. ff. de Paet. l. item si. 17. §. principaliter. 6. vers. in impari ff. de Recept. qui arbit.* occurrunt, tum in sequentibus thesibus, quibus sub termino *majoris* in ultimo hoc significatu agere proposuimus, passim nominabuntur.

Th. III.

Ad res relata interdum Prærogativæ temporis, interdum oneris, aliquando ponderis, aliquando numeri aliusve quantitatis,



titatis, modo usus, modo pretii, modo mali externi &c: significatum induit. Prærogativæ temporis exemplum est in *l. cum de Lanionis. 18. §. Sabinus. 12. ff. de Instruct. & instrum. leg.* ubi Sabinus: cui fundus, quæq; ibi sunt, legata sunt, ei fundus & omnia, quæ in eo solita sunt esse, quæq; ibi majori parte anni morari consueverunt, legata videntur. Aliud in *l. majore 156. de R. l.* ubi majore parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, si modo adversarius ejus aut paucioribus diebus, aut nullis possederit. add. *l. cum aliis. 6. pr. ubi de maioribus furoris induciis C. de Curat. furios.* Ad Prærogativam oneris referri potest, quod de capitatione rescriptum est in *l. si minor. 9. C. de Action. Empt. Si minor à venditore sive sciente sive ignorante dicta fuerit capitatio prædij venditi & major inventa sit: in tantum conveniendum esse venditorem, in quantum, si scisset emptor, ab initio minus daret pretij.* Prærogativam ponderis indicat. *l. si olei. 21. ibi: major ponderatio. C. de Locat. cond.* Prærogativæ numeri aliusve quantitatis species exhibent *l. per retentionem. 4. ubi de maioribus usuris. C. de usuris. l. scio illud. 4. ibi: maiori summa. ff. de in int. rest. l. lege Leonis. 10. ibi: maiorem lucri partem. C. de Pact. convent. l. si fideicommissum. 50. pr. ibi: maiorem partem hereditatis ff. de iudiciis.* Prærogativa usus est, cum gemmæ argento inclusæ, argento cedere dicuntur, quia argenti major sit species, in *l. cum aurum. 19. §. perveniamus. 13. ff. de Aur. arg. leg.* De Prærogativa Pretij loquitur. *l. si quando. 9. C. de oper. publ.* ubi majoris pretij ædificia ad scientiam Principis referenda esse dicuntur. Item cum majoris pretij fundus in dubio non deberi dicitur. *l. cum servus. 39. §. scio ex facto. 6. ff. de Leg. 1.* Prærogativa mali externi significatur in *§. item is. 2. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. 1. §. & ille. 4. ff. de O. & A. l. casus maioris. 8. C. de Testam.* ubi maior casus & maior vis dicuntur, pro illis, quæ diligentia humana majora sunt.

Th. IV.

Majoritatis ad iudicia relatæ varii itidem significatus occurrunt. Prærogativam Pena significat in *l. ex divi. 4. ibi: maiorem animadversionem C. de Locat. & cond.* Maiorem severitatem Imperator Alexander dixit in *l. maiorem. 4. C. ad l. Cornel. de Falsis.*

sis. Maiora negotia leguntur in l. Et in maioribus. 20. C. de Appell.
 Majoritas præjudicii observanda est, cum per minorem causam
 maiori cognitioni præiudicium fieri non oportere, maioremque que-
 stionem minorem causam ad se trahere, responsum est in *l. per mino-*
rem. 54. ff. de Iudiciis. Sicut & pœnam contumacis non pati dici-
 tur, quem maioris causa occupatio defendit. in *l. contumacia. § 3. S.*
pœnam. 2. ff. de re judic. Et in *l. seq. §. 1. eod.* Is, qui ad maius au-
 ditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax non
 videtur. Item cum in *l. quoniam. 4. C. de ordin. jud.* Criminale
 Judicium utpote maius civili disceptationi utpote minori præfe-
 rendum esse rescribitur. Cœterum maioritatem ad personas re-
 latam numericam in rubrica nostra intelligendam esse, supra *th.*
2. diximus.

Th. V.

De reliqua partis acceptione prolixius dici non attinet.
 Adiri interim possunt. Nicol. Everhard. *Loc. arg. Legal. loc. 8.* &
 Dialectici communiter in loco *de Toto & partibus.* Non vul-
 garis forte vocis hujus significatus est, quo in *l. ususfruct. 4. ff. de*
ususfruct. Ususfructus in multis casibus pars dominij esse, h. e.
 ut contextus planum facit, cum dominio convenire, atque ita si-
 ve de substantialibus, sive naturalibus, sive accidentalibus ejus,
 (cuius postremæ similitudinis exemplum in ipso textu ponitur
 in modis constituendi) participare dicitur. Qua notatione
 neglecta, nonnulli ex interpretibus eo deducti sunt, ut distin-
 ctionem inter usumfructum, quem vocant, causalem & forma-
 lem explicationi istius textus adhiberent: quæ ut suo in loco
 vera est, ita ad genuinam legis recitatae interpretationem parum,
 aut nihil, conducere videtur. vid. in nostrum sensum C. J. A.
th. 24. d. t. ubi respectum partis seu instar partis interpretatur. Pro
 dilucidatione materiæ præsentis distinctio inter partem rei seu
 iuris & partem personarum teneri potest. Quomodo in *l. maio-*
rem. 8. ff. de Pact. maiorem esse partem pro modo debiti, non pro nu-
mero personarum placuit. Item in *l. si plures. 14. pr. ff. depositi,*
maiorem partem non ex numero utiq; personarum, sed ex magnitu-
dine portionum hereditariarum, intelligendam esse, dicitur. Post-
 quam vero τὴ maioris significatum ad personas earumque senten-
 tias

tias in rubrica nostra referri diximus, non aliam *partis* acceptio-
nem, quam *personarum sententiarumque* in constructione præ-
sente esse posse, sponte intelligitur, qui significatus cum in *ll.*
modo allegatis, tum in *l. quod maior. 19. ibi: maior pars curia effe-*
cit ff. ad municipal. l. aliud 160. §. refertur. 1. ibi: refertur ad u-
niversos, quod publicè fit per maiorem partem. ff. de R. I. occurrit,
atque hinc inde per disputationem nostram ulterius observabi-
tur. Dicitur autem *Pars* pro parte *personarum sententiarumq;*
1. ἑλληπτικῶς. 2. κατ' ἐξοχήν; quo fere modo, in judicialibus
formulis, *partes, pars adversa*, pro partibus litigantibus, ve-
niunt.

Th. VI.

Exposito singularum vocum sensu, quo in rubrica nostra
eas accepimus, prope intelligitur, quid *maioris partis* nomine in
constructione præsentem conjunctim significetur. Illud adno-
tandum est: majorem partem dici, vel pro majori parte simplici
& absoluta vel pro analogica & respectiva. *Majorem partem*
simplicem definitio, quæ numero personarum seu capitum simpli-
citer & absolutè spectatorum reliquis prærogat; *respectivam* di-
co, quæ à pluralitate personarum, quatenus in uno objecto
conveniunt, denominatur, sive quæ respectu convenientiæ in
uno objecto major est, ut cum ex 12. quatuor consentiunt in
Paulum, tres in Petrum, quinque in Johannem, & suffragia
quinque major pars dicuntur, vid. Ludov. Engel, *Colleg. iur.*
Can. part. 1. lib. 1. tit. 31. n. 9. *Respectivam* iterum distinguo
in *respectivam veræ & fictæ convenientiæ. Respectivam veræ*
convenientiæ appello, quæ constat pluribus sententiis in uno
subjecto verè & naturaliter convenientibus; *Respectivam fictæ*
contra, quæ constat pluribus fictis seu moraliter talibus; clarius,
quæ in Jure pro convenientibus habentur. Hanc rursus facio
duplicem, *fictæ pluralitatis & fictæ unitatis. Majorem partem*
fictam pluralitatis describo, quæ paucioribus capitibus ve-
rè consentientium constat, quam quæ majorem omnium seu in-
tegram partem faciant, quæ tamen pluribus seu majori parti omni-
um æquipollent, e. g. cum suffragia de duabus tertiis universita-
tis præsentibus majori numero collecta *majora universitatis* di-
cuntur,

cuntur, quæ respectu absentium non nisi ratione consensus eorum ficti majora dici possunt: Item cum major pars sententiarum de *Aéisois* seu proceribus in statu Aristocratico, vel Senatoribus in Democratico, prædicatur, quippe de quorum majori numero per se consideratorum major pars simpliciter, relatorum vero ad totam civitatem non nisi fictè dici potest. Majorem partem *ficta unitatu* designo, quæ pluribus capitibus vere consentientium constat, quam quæ ad constitutionem majoris numeri naturaliter & præcisè requiruntur, quorum plura tamen non nisi uni moraliter seu in effectu Juris respondent, velut quando plures Judices una commissione dati pro una persona habentur, respectu plurium ex alia commissione datorum, in *C. pastoralis. 14. ubi Gloss. de Rescriptis.* Item cum plures hæredes unius patroni in computatione majoris patronorum nominantium numeri unum tantum Patronum repræsentant, juxta doctrinam Jul. Viviani *tr. de Jur. Patr. lib. 12. c. 18. n. 4. & seqq.* Item cum quaeritur: an majora in Comitibus Imperii respectu minoris numeri collegiorum, an vero singulorum statuum dicantur? Nos sub phrasi majoris partis de majori parte respectiva egisse, ex sequentibus apparebit,

Th. VII.

Hic vero de quantitate numeri majoris nova disquisitio suboritur: quæ sententiæ numero dicantur *maiores*? quanto excessu ad constitutionem numeri majoris & differentiam eius à minore opus sit? *Potest enim*, inquit B. Bœclerus noster in dissertatione, quam de *Isoplogia* seu calculo *Minervæ* inscripsit, §. Nobis. *constitui & constitutum alicubi apparet, ut ex tribus partibus dua majoris partis nomen demum mereantur. Novimus etiam constitui certum numerum sententiarum, quo pars maior debeat alteram vincere. Arodius decret. l. 1. tit. 26. §. 2. in Lute- tiana curia, ubi remota appellatione cognoscitur, maiorem partem in damnando eam vocari refert, ex Constitutione Heinrici, que duabus sententiis alteram vinceret. Egregium hoc temperamentum æquitatis esset, si in odiosis dua, in favorabilibus una sententia ad constituendam partem maiorem requirerentur. Sed*

B

bac

*haec Legis Civilis opera sunt. Quando autem naturam rei interro-
gamus, maior pars erit, etiam qua una tantum sententia vincit :
idq; plerisq; gentibus placuisse videmus. Haftenus B. Bœclerus
noiter. In l. nulli. 3. ff. quod cuiusq; univers. nom. refertur, nulli
permitti nomine Civitatis vel Curiae experiri, nisi ei cui Lex
permittit, aut Lege cessante ordo dedit, cum duae partes adf-
sent, aut amplius quam duae. Sic lege municipali cautum fuit,
ut ordo non aliter haberetur, quam duabus partibus adhibitis. l.
lege. 3. ff. de decret. ab ordin. fac. unde haud obscure animadver-
titur, numerum totius Curiae maiorem fuisse habitum, qui ad
minimum ex duarum tertiarum praesentium pluribus senten-
tiis collectus esset, cum duae partes ordinis in urbe posita totius Cu-
riae instar exhibeant, ut rescriptum est in l. Nominationum. 46. C.
de decurion. atque ut bene interpretatur Marc q. 225. part. 1. &
q. 783. in actu universitatis requiri ad minimum duas partes u-
niversitatis, sed sufficere, ut major pars istarum duarum praes-
entium consentiat : quodque sic intelligi debeat. l. 19. ff. ad Mu-
nicipal. & c. 1. de His quae fiunt à mai. facere textum cum ibi not.
in l. 160 §. 1. de R. 1. & Gloss. in d. l. 3. ff. quod cuiusq; univ. Barto-
lus in l. 9. de l. & l. aliique tradunt, quos nominat Kirchof.
conf. 1. n. 7. breviter : duabus tertiis universitatis Jus majoris par-
tis, quod supra dixi, fictae tribui. Sed de quantitate excessus
ipsius numeri nihil expressit Ulpianus, ideoque haftenus ad
excessum naturalem seu simplicem unius sententiae respexisse
existimandus est : quod & fecit Celsus in l. duo ex tribus. 39. ibi :
ex tribus statur duorum sententia. ff. de re jud. add. l. item si unus.
17. §. 5. & seqq. cum l. seq. ff. de Recept. arbitr. Multum vero re-
ferre, utrum secundum excessum unius sententiae simplicem, an
pluribus roboratum, Jus dici debeat, ex loco Bœcleriano modo
docuimus. Nostro instituto convenit, ut phrasin maioris par-
tis à significato excessus multiplicati, quantum per hypotheses
varias licuerit, abstrahamus.*

Th. VIII.

Effertur titulus hic in legibus nostris modo ἑλληπτικῶς
sub phrasi *maioris partis* simpliciter prolata, quo sensu supra
ad universitatem referri diximus, quod publicè fit per *maio-
rem partem.*

partem. ex l. aliud. 160. §. refertur 1. de R. l. item in l. si plures. 14. pr. ibi: si major pars adierit ff. de posit. item in. l. iuris gentium. 7. §. hodie. 19. ibi: maioris partis voluntatem. ff. de pact. item in. l. diem. 27. §. si plures. 3. ibi: si major pars consentiat. ff. de Recept. arbitr. modo cum additamento personarum, ut in. l. quod maior. 19. ibi: maior pars curia. ff. ad Municipal. item in. l. nominationum 46. ibi: maiore parte ordinis. C. de Decurion. item in Auth. hoc ius. ibi: pars maior servientium. C. de SS. Eccles. item in Rubr. Decret. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli. modo sub phrasi amplioris partis. ut in l. cum solito final. ibi: amplior pars Creditorum. C. qui bon. ced. poss. ubi & discrepans numerus creditorum, item frequentissimus ordo fœneratorum, item quod pluribus placeat, legitur. add. l. privilegia. 17. §. id vero. 2. ibi: ita ut obtineat id, quod pluribus placuerit. C. de SS. Eccles. In græco textu, N. 120. c. 6. § 2. μετὰ τῆ πλείονος μέρους τῶν μοναχῶν τὸ συνάλλαγμα ποιῆσθαι occurrat. Basilica τὸ παρὰ τῆ πλείονος μέρους ψηφίζομενον lib. 7. tit. 2. leg. 18. τὸ μείζον μέρος d. lib. 7. tit. 2. leg. 27. §. 3. & lib. 11. tit. 1. leg. 8. reddunt. Thucydides ψήφισμα τῆ πλείονος dixit. Apprianus τὸ πλείονος, Dionysius Halicarnassensis ὅτι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι. Eidem alibi οἱ πλείους ψήφοι, item πλείους γνώμαι, item τὰ ὑπὸ πλείονων κριθέντα, Xenophonti ἡ νικῶσα dicuntur, locis Grotio de I. B. & P. l. 2. c. 5. §. 17. & lib. 3. c. 20. § 4 laudatis. Aristoteli τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν, item ὅτι ἂν δόξῃ τῶ πλείονι μέρος τῶν μετεχόντων τοῖς πολιτείαις lib. 4. polit. c. 8. & 6 polit. c. 2. idem significant. In legibus & Actis Germanicis, in specie majoris partis ad universitatem relatæ, alibi der durch den mehrern theil gemachte Schluß / alibi die majora, alibi das überstimmen / alibi die mehrere Stimme alibi der rechte theil / alibi der mehrer hauffen / it: der mehrer reperias, vid. loca quæ ex Recessibus Imperii, ἢ in doctrina objecti, allegavimus. add. Limn. de I. P. lib. 9. c. 1. n. 192.

Th. IX.

Quid aliud igitur est Jus majoris partis, quale sub incudem dissertationis præsentis revocare animus fert, quam quod secundum maioritatem ex sententiis personarum lute equalium numero ampliori convenientibus collectam, cæteris paribus, iustum est. Vel si mavis: quod secundum sententias personarum lute equalium,



lium, numero maiori convenientes, in causis arbitrariis, obtinet. Quæ definitio, ut, quoad fieri potuit, ex principiis, quibus Jus maioris partis constat, constructa est, ita mensuram illius in sequentibus thesibus, pro tenuitate virium nostrarum, agemus.

Th. X.

Jus maioris partis pro varietate circumstantiarum varie distingui potest. Veluti (1) à causa efficiente in Naturale & Civile. (2) à Fine in publicum & privatum, (3) à Subjecto, cum inhætionis tum operationis, 1. in Sociale & non Sociale, 2. pariter in publicum & privatum, 3. in Seculare & Ecclesiasticum, 4. in Civile & Criminale 5. in Paganum & militare, 6. in deliberativum & Judiciale, (4) à Forma accidentali, 1. in dependens & independens. 2. in absolutum & limitatum. 3. in simplex & cum imperio conjunctum, 4. in simpliciter ita dictum & respectivum, quo pertinet fictum, item excessus multiplicati &c. (5) Ab Effectu in magis & minus vincens, item in vincens absolute & secundum quid &c.

Th. XI.

Colligi potest Jus maioris partis ex præceptis cum divinitum humani Juris; Divini, partim taciti seu naturalis, partim expressi seu revelati; Humani, sive Civilis aliarum gentium sive Romani. Fundamentum Juris naturalis, aliud universale & absolutum, aliud particulare & respectivum est. Fundamentum Juris Naturæ absolutum consistit in naturali præstantia, quam majoritas præ minoritate importat; postquam omnis majoritas comparativum in se continet gratum, qui perpetua & universali præpositivo gaudet prærogativa. Pari enim modo ut naturaliter absurdum esset, si, cæteris paribus, fortior minus forti postponeretur, ita, maiorem, sive potestate, sive dignitate, sive numero &c. iisdem terminis positus, minori postponendum esse nemo sanus dixerit. Ideoq; recte scribunt Publicistæ nostri, neminem adeo singularem esse, qui maiorem partem civitatis minori in dubio cedere debere dixerit. vid. Consultiff. Dn. Ahasv. Fritsch. *Elect. Jurispubl. c. 8. add. arg. l. scio. 4. ff. de integ. restit. cum aliis.*

Th. XII.

Th. XII.

Fundamentum Juris naturæ particulare & respectivum, pro diversitate hypotheseum, modo in præsumpta omnium, ad quos ea res pertinet, voluntate, modo in verisimili plurium veritate, modo in probabiliore eorum prudentia, aliquando in comparatione & respectu minoris præjudicii conspicitur. Exemplum Juris majoris partis, cujus fundamentum in præsumpta omnium, ad quos ea res pertinet, voluntate conspicitur, laudari nequit illustrius, quam quod in civili societate, vel omnium imperio relicta h. e. statu democratico, vel proceribus commissa seu statu aristocratico, se exhibet. *Consociationes enim, inquit Grotius de I. B. & P. 2, §. 17. habent omnes hoc commune, quod in iis rebus, ob quas consociatio quaque instituta est, universitas & ejus pars major nomine universitatis obligant singulos, qui sunt in societate. Omnino enim ea credenda est fuisse voluntas in societatem coëuntium, ut ratio aliqua esset expediendi negotia: est autem manifestè iniquum, ut pars major sequatur minorem. quare naturaliter, seclusis pacis ac Legibus, quæ formam tractandis negotiis imponunt, pars major jus habet integri. add. eund. lib. 3, c. 20. §. 4. & in Apologet. Holand. Regim. c. 8.*

Th. XIII.

Excepit quidem contra Grotium Joh. Feldenus. *ad d. l. Grot.* non præsumendam hanc voluntatem societatem ineuntium, nisi si æquali sint prudentia singulæ partes sive membra societatis. Sicut autem exceptioni huic jam olim erudite occurrit B. Bœclerus noster in d. dissert. *de Calculo Minerva §. excipit.* ubi prolixè opinionem Feldenianam refutavit; ita argumentum præsumptæ civium voluntatis in conditione æqualis prudentiæ eorum minus quæri potest, quo magis illa conditio rationi expediendorum negotiorum præcipuæ, mediis dico, quæ ad conservandam paritatem Juris eorum, qui societatem contraxerunt, ipsamq; felicitatē civile seu salutem Reip. ordinata sunt, contraria videtur. Cum n. felicitatis cōmunis causa cives coëant, in ea certe media sine quibus finis iste obtineri nequit, consensisse præsumi debent: Legem illam naturalem significo, quæ vult partem omnem, qua pars est, ordinari ad bonum totius. *Grot. de Imper.*

summ. pot. circ. sacr. c. 4. n. 6. Consultiss. Dn. Ziegler. *ad Grot. de I. B. & P. d. l.* Qui vero ordo ille membrorum totiusque obtineri? qui Civilis societas subsistere? quo Judice arbitrove præjudicialis illa prudentiæ quæstio decidi posset? Si rationi expediendorum per majora negotiorum Civilium non, nisi sub conditione æqualis civium prudentiæ, vere impossibili, locum daret. Præsumuntur, inquam, membra civitatis in illa media consensisse, quibus cum ipsorum tum communis salus & felicitas obtineri potest & debet; quod si vero negotia eo spectantia sine exitu futura essent, felicitas certè ista non obtineretur; quod, negato Jure majoris partis, vel, quod idem fere est, nõ nisi sub conditione æqualis prudentiæ admisso, propter naturalè hominũ ad dissentendum facilitatem æmulationemque quotidie metuendum esse, satis intelligit Jctus, cum ex eodem principio in simili in eundem sensum respondit in *l. item si unus. 17. §. principaliter. c. ff. de Recept. Arbitr.* add. pl. reverend. Dn. Joh. Adam. Osiandr. in annot. *Grot. ad. d. lib. 2 c. 5. §. 17.* Johann. Selden. *de tur. nat. & gent. juxta disciplin. Hebraor. lib. 6. c. 1. in med.* Bernhard. Bertram *dissertat. de comitiis Imperij. th. 73. pr.* Limn. *de I. P. lib. 9. c. 1. n. 177.* Adeo, ut compluribus videatur, ne quidem per statuta & consuetudinem contrarium introduci posse, ne impediat bonum publicum. Gl & Dd. in *l. 160. §. 1 de R. l. c. cum omnes. 6. de Constitut. c. 1. de His quæ sunt.* Limn. *d. lib. 9. c. 1. n. 181.* Sed & inter confœderatas gentes in causis fœderum ex eodem jure à majori parte concludi, ait Laudens. in *tr. de confœder. Princ. concl. 44.* & satis clarè innuit Warem. ab Ehrenberg. *lib. 2. de Fœder. p. 154. 162. & 326.* referente Bertramo. *d. dissert. de comitiis Imp. d. th. 73. post pr.* add. Francisc. Victor. *de potest. Civ. n. 14.* quem alleg. *Grot. de I. B. & P. d. l.* Consultiss. Dn. Strauch. *dissert. jur. publ. Exoter. 7. §. 1.*

Th. XIV.

In verisimili plurium veritate rationem ponunt Aristoteles & Dialectici, in celeberrimo loco topico de Auctoritate, quo profitentur id probabilius veritati que magis consentaneum esse, quod à pluribus approbatum est. Doctores nostri definitioni huic notissimum exemplum subjiciunt ex materia testimonium

stium de visu deponentium arg *l. ob carmen. 21. §. si testes. 3. ibi: impari numero. & ibi: multitudinem ff. de Testibus. Bart. in rr. Testium. cap. de contrarietate, incip. cum testes. n. 2. Matth. Wesenb. in paratitl. digestor. n. 6. de Testib. ibiq³ alleg. Consultiss. Dn Struv. S.I.C. Ex. 28. th. 49. Add. infra th. 26.*

Th. XV.

Ad probabiliorem plurium prudentiam referenda sunt, quæ pro majori parte judicum, arbitratorum aliorumque peritorum passim scriptis consignata sunt. Neque alia ratio specialis potior probabilitatis, quæ pro communi opinione Doctorum militat, nominari potest, quam præsumptio majoris in pluribus prudentiæ, quatenus vix accidere potest, ut contra communem Dd. sententiam tam efficax ratio occurrat, quæ in conscientia contrariam pauciorum intelligentiam securam reddat. vid. in hanc rem pulchre Fr. Suarez. *lib. 6. de LL. c. 1. n. 5. & 6.* Georg. Frantzk. *in comment. ad pandect. n. 11 de LL.*

Th. XVI.

Comparisonem minoris præjudicii respiciunt, quæ de electione plurium creditorum in indulgendo quinquennali spatio cessioneve bonorum accipienda in *l. cum solito. fin. C. qui bon. ced. poss. l. majorem. 8 ff. de Pact.* constituuntur. Idque non obscure indicasse videtur sacratissimus Princeps Justinianus noster, cum in exordio *d. l. fin. verb. humaniorem sententiam pro duriore eligimus.* generalem constitutionis suæ rationem in humanitate seu benignitate posuit, in dubio autem humanior sententia dici non potest, quæ minori parti favet; humanius enim esse puto, favere pluribus hominibus, quam paucioribus.

Th. XVII.

Hactenus fundamenta Juris divini taciti seu naturalis, quibus Jus majoris partis innititur, investigare conati sumus. Juris divini expressi argumentum suppeditat Moyfes, quando *Exod. c. 23. v. 2.* multitudinem in decernendo iniquo sequi prohibuit. B. Lutherus noster ita vertit: *Du solt niche folgen der Menge zum bösen/ und nicht antworten vor Gerichte/ daß du der Menge nach vom Rechten weichest:* Unde à contrario facile infertur, judicia secundum multitudinem seu sententias plurium, in

in causis non injustis, Jure divino non saltem permilla, sed imo approbata fuisse. εἰ γὰρ ἡ κατὰ φύσιν τῆ μη εἶναι, ἢ ἀπόφασιν τῆ εἶναι, si, inquam, positio mali est causa cur non, negatio ejusdem erit causa cur sic. add. Dn. Osland. *ad Grot. d.l.* Idemque colligitur ex gradatione, quam Salvator noster instituit à paucioribus ad plures. *Matth. 18 v. 15. 16. 17.* Dn. Strauch. *d. Diss. l. P. exor. 7. §. 2. ibiq. alleg.* Nec male instar exceptionis à regula à Protestantibus allegatum fuit exemplum, quo Petrus, Paulus, Jacobus & Barnabas contra multitudinem Apostolorum discipulorumque gentes profanas circumcidi volentium in primitiva Ecclesia obtinuerunt. *Actor. c. 15. vid. Sleidan. lib. 17. p. m. 283. Limn. de l. P. lib. 9. c. 1. n. 182.*

Th. XVIII.

Præcepta Civilia, ex quibus Jus majoris partis colligere est, distingui possunt in Præcepta Romanorum & aliarum gentium. Quid Græcis sanioribus hac in re visum fuerit, ex Thucydide, Appiano, Dionysio Halicarnassensi, Aristotele & Xenophonte, locis Grotio *de l. B. & P. supr. alleg.* animadverti potest. B. Bœclerus noster *in d. dissert. de Calculo Minerva, locum Libanii declamat. 30.* addit: τὰς πλείους νόμους κρατεῖν νόμος ἐκέλευεν; *plura suffragia vincere lex jubebat.* Apud Athenienses, quod Senatorum pars major scivisset, pro rato fuisse habitum, scribit Sigon. *de Republ. Athen. lib. 2. c. 3. & lib. 3. c. 4.* Lacedæmoniorum hoc fuisse laudabile institutum, interea, dum aliquid decernebatur, omnes pro animi sui sententia consulere: ubi quid decretum esset, idem laudare omnes, atque eos quoque adjutores esse, qui ab initio refragati erant, ex Plin. Nepote refert Petr. *Ærodius de Orig. & Auct. rer. judicat. lib. 1. tit. de lust. & iur. c. 21.* Bertram. *dict. dissert. de comitiis Imper. d. th. 73. post pr.* Atque idem Auctorum ætate observatum fuisse in plerisque collegiis Neapolitanis, & in summo Sabaudia senatu, testibus Afflict *Decis. l. & Anton. Fabro lib. 1. Cod. tit. 7. def. 2.* docet Limnæus *de l. P. d. lib. 9. c. 1. n. 181.*

Th. XIX

Præcepta Romanorum melioris doctrinæ gratia distingui possunt in Civilia & Canonica. Ex Jure Canonico præcipue
huc

huc pertinent. *t. t. Decretal. de His que fiunt à maj. part. cap. c. cum inter, 21. §. discretioni vestra. c. cum omnes. 6. de constit. c. cum in lure 33. c. venerabilem. 34. & seq. de Election. Præcepta Civilia aut scripto constant, aut sine scripto. Doctrina scriptorum partim ex Recessibus Imperii & Capitulationibus Cæsareis aliisque actis germanicis, partim ex Jure Justiniano hauriri potest. Loca, quæ ex Legibus actisque aliis germanicis huc pertinent, maximam partem infra in expositione objecti causarum publicarum nominavimus th. 36. Ex Jure Justiniano potissimum huc spectant. *l. nulli. 3. ff. quod cuiusq. univ. l. 17. §. 6. ff. de Recept. arbitr. l. 19. ff. ad Municipal. l. 3. ff. de decret. ab ordin. fac. l. 160. §. 1. de R. I. l. 46. C. de Decurionib. l. 39. ff. de Re lud. l. 17. §. 2. C. de SS. Eccles. Nov. 120. c. 6. §. 2. l. 8. ff. de Pact. l. ult. C. qui bon. ced. poss. l. cum & iudices. 2. §. hoc etiam. 5. C. de Iure Iur. propter calumn. l. si quod. penult. C. de Legationib. add. Hieron. Schurff. Cent. 1. cons. 59. n. 30. Bertram d. dissert. de comitiis Imper. d. th. 73. Carpz. part. 1. Decis. 82. Ant. Fab. Cod. lib. 1 tit. 7. def. 2. n. 2. Martin. Rumelin. ad A. B. part. 2. diss. 3. th. 20. lit. a. ubi integrum Dd. citat exercitum. Dn. Strauch. d. disp. 7. §. 1. Non scripta in usu & moribus, cum totius imperii nostri, tum singularum ejus provinciarum, Civitatum, Conventuum, Dicasteriorum &c. observanda sunt. De moribus in Imperio nostro olim receptis referunt Auctores Bertram. d. disp. de Comitibus Imper. d. th. 73. in med. nominati. Hodie in summis Imperii conventibus dicasteriisque Juri majoris partis locum esse, scil. exceptis quibusdam materiis, de quibus infra, notius est, quam ut interprete opus habeat. Nec puto ullam in toto imperio nostro provinciam Civitatemve adeo singularem esse, quin hoc Jus ibi vigeat.**

Th. XX.

Finis huius Juris alius communis, alius proprius est. Finis communis alius in ordine ad Deum, alius in ordine ad Rempublicam: ille in gloria Dei, hic in administratione Justitiæ & adhuc amplius in felicitate Civili & salute Reip. consistit. Finis proprius in compositione & expeditione negotiorum, quæ alias ob facilem hominum dissensum vel planè non, vel difficulter,

C

expedi-

imo
s rē
dem
ligi-
ribus
exot.
rote-
Jaco-
pulo-
nitiva
283.

igere
gen-
Thu.
e Xe-
dverti
va, lo-
vōp. &
heni-
se ha-
s. c. 4.
dum
ulere:
s quo-
Nepo-
l. tit.
per. d.
n fuif-
audizæ
od. tit.

tingui
cipue
huc

expediri possent, velut subsidiaria conspicitur. Quem exemplo compromissi in plures arbitros eleganter exposuisse videtur Ulpianus in *litem si unus*. 17. §. *principaliter*. 6. ff. de *Recept. Arbitr. Principaliter*, inquit, *queramus, si in duos arbitros sit compromissum, an cogere eos Prætor debeat, sententiam dicere; QVIA RES FERRE SINE EXITU FUTURA EST, PROPTER NATURALEM HOMINUM AD DISSENTIENDUM FACILITATEM.* In impari enim numero idcirco compromissum admittitur, non, quoniam consentire omnes facile est, sed quia, etsi dissentiant, *INVENITUR PARS MAIOR, CUIUS ARBITRIO STABITUR.* add. Grot. *d.l. 2. c. 5. §. 17.* ibi: *ut ratio aliqua esset expediendi negotia.* Dn. Oslandr. *d.l. & Dd. th. antec.* citati. Finis Juris majoris partis ad civitatem relati in specie, in conservatione æqualitatis Juris eorum, qui in societate coierunt, statui potest: *Lex enim de iure majoris partis*, inquit B. Bœclerus noster *d. dissert. de Calculo Min. d.l. eam quoque vel precipuè rationem habet, quod, qui pares iure sunt, nolent postponi suam sententiam, aut comparari, nisi eo modo, qui æqualitatem iuris relinquat salvam, i.e. numero.*

Th. XXI.

Subjectum juris nostri pariter aliud titulo huic cum aliis commune est, aliud eidem proprium. Commune iterum vel generale vel speciale constitui potest. Subjectum generale dico, quod generalibus sententiæ dicendæ principiis constat, speciale contra, quod illis requisitis, quibus subtrata materia gaudet, instructum est. Subjectum generale sunt omnes illi, qui consentire nec divino nec humano Jure prohibentur. Per se enim patet, eos, qui neutro Jure in thesi consentire queunt, in numerum quoque personarum majorem partem constituentium in thesi referri non posse. Subjectum speciale pro varietate partium, quas civis in societate Civili sortitur, varium est. Aliud enim (1) Sociale, aliud non-Sociale. De subjecto sociali supra retulimus locum Grotii *d. l. B. & P. d. lib. 2. c. 5. §. 17.* Non-Socialis pariter jam exemplum habuimus ex *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* ubi de pluribus creditoribus de duplici debitoris fortuna concurrentibus, nulla societate prævia, (2) Sociale

vel

vel publicum est vel privatum. Sunt enim consociationes vel publicæ vel privatæ; Publicæ vel Aristocraticæ vel Democraticæ. In statu Aristocratico Proceres seu *despotæ*, in Democratico Senatores totam Civitatem repræsentantes, vid. Grot. de I. B. & P. lib. 3. c. 20. §. 4. Dn. Osiand. ad eund. loc. supra cit. (3) Aliud Principale, aliud Administratorium. Exempla principalium in l. 17. §. 2. C. de SS. Eccl. & Nov. 120. c. 6. §. 2. in Abbatibus & Monachis, tum in aliis collegiis, corporibus &c. res suas propria manu tractantibus occurrunt. Administratorii casus dictæ l. in Administratoribus Ptochiorum, Xenedochiorum, Orphanotrophiorum & Nosocomiorum exhibent. (4) Aliud est independens, aliud dependens. (5) Aliud potestatis limitatae seu sine libera, aliud absolutæ seu cum libera. (6) Aliud est majoritatis veræ & simplicis, aliud respectivæ & fictæ, &c. In summa sciendum est: Secundum quas personas neque singulas, neque universas, in materia, de qua quæritur, Jus dici potest, secundum earundem majorem partem nihil justum esse posse. Quæ ratione enim personæ, quæ absolutè consentire nequeunt, in majorem partem computari non possunt, eadem personas, quæ respectivè consentire prohibentur, è numero majoris partis excludi debere, facile colligitur. Sicut igitur alienæ repetitionis opus fore arbitramur, si catalogum personarum, quæ regulariter consentire non possunt, huc transcriberemus, ita nec de illis personis, quæ in hypothese & respectu certæ materiæ consentire prohibentur, ab aliis dicta referre, hujus loci proprium putamus, applicatione, quæ in proclivi est, cuilibet, relicta. Quæ subjectum hujus tituli proprium constituunt, forte commodius in expositionem ipsius formæ differemus.

Th. XXII.

Quamvis huic quoque loco non incongruum videatur, de subjecto maximè universitatis tractari I. An sint personæ inæquales: sive, *An personæ, quæ in societate coierunt, æquales esse debeant, ut iuri majoris partis secundum eas locus sit?* Quæri autem præcipuè potest vel de æqualitate Juris potestatisque, vel de æqualitate dignitatis, vel de æqualitate prudentiæ, vel de æqualitate Religionis: & de omnibus vel in hypothese subjecti independentis vel dependentis. *Æqualitatem Juris jam*

|| supra in expositione terminorum & definitione generaliter re-
 || quisivimus, cum de majoritate personarum numero & Jure
 || æqualium nos dicturos esse præoccupavimus. Quo supposito
 || demum, Juri à nobis definito locum fieri posse, probè intel-
 ||lexerunt auctores Juris nostri in *d. l. majorem. 8. ff. de Pact. l. ult.*
 || *C. qui bon. ced. poss.* quorum textuum ratio publicis & privatis
 || causis communis est & latissimè patet. Quodque inter per-
 ||sonas Juris & potestatis inæqualis Jus majoris partis propriè
 || ita dictum non obtineat, argumento eorum, quæ supra *th. 6. de*
 || *majoritate ficta* diximus, *ex c. pastoralis 14. ubi gloss. de Rescript.*
 || *& Vivian. de Jur. Patron. lib. 12. c. 8. n. 4. & seqq.* manifestum
 || esse puto. Ubicunque enim exæquatione seu parificatione
 || morali opus est, ibi inæqualitas locum non invenit. Atque
 || ex hoc ipso principio, suppositi Juris civium æqualis, contra Fel-
 ||denum disputavit supra laudatus B. Bæclerus noster in *d. dissert.*
 || *de Cal. Min. d. l.* Æqualitas dignitatis ideo non requiritur,
 || cum solus honor Civilis nullam prærogativam potestatis in
 || Civitate tribuat, ideoque personæ, licet dignitate impares, ta-
 || men potestate decernendi pares habeantur. Quod quæstio-
 || nem prudentiæ concernit, hic maximè tenenda est distinctio
 || inter subjectum independens & dependens. Quod in civita-
 || te legi superioris non subjecta æqualitas prudentiæ exigi non
 || debeat, quippe quæ conditio, ut verè impossibilis, & intentio-
 || ni singulorum civium & communi felicitati contrarietur, cum
 || B. Bæclero nostro supra deduximus *th. 13. add. Dd. Bertramo*
 || *d. diss. de Comitibus Imperii d. th. 73. citatos.* quibus convenit, si
 || personas naturaliter inæquali prudentia præditas respectu salu-
 || tis universalis pro æqualiter prudentibus haberi atque ita inter
 || æqualitatem prudentiæ absolutam & relatam distinguendum
 || esse, asseramus. In subjecto societatis dependentis æqualitas
 || prudentiæ eo facilius requiri potest, quo minori periculo, de
 || erroribus inferiorum, à superiori statui potest. Rectè igitur
 || Pontifices Romani, qui in Collegiis & Capitulis à se depen-
 || dentibus non ubique majoritate suffragiorum contenti fue-
 || runt, sed sanitatem insuper h. e. Rationabilitatē sententiarū re-
 || quisiverunt, ut expressus textus est in *d. c. 1. ibi: quod pluribus*
 || *& sanioribus.* & ibi: *quod à majori & saniori parte. de his, quæ*
 || *sunt.*

funt. add. Panormitan. *in c. Eccles. vestra de Elect. n. 7.* Lud. Engel. *Coll. Univ. Jur. Can part. I. lib. I. tit. 31. n. 10.* Henricus Zœl. *in comment. ad Decretal. tit. de his qua fiunt n. 2.* Male contra, quotquot ex publicistis ex principio isto erronee applicato, decisionem quaestionis: *Vtrum in Comitibus Imperii plura an saniora suffragia valere debeant?* adeo intricatam reddiderunt, ut nescio quibus contentionibus in Imperio occasionem dederit, prout apud Bertramum *de Comitibus d. l. Limnaum d. lib. 9. c. 1. n. 177. & seqq.* Daniel. Ottonem *Jur. publ. c. 10. p. m. 257.* videre est. Cujus difficultatis magnitudinem quoque agnoscit B. Bœclerus noster *in d. diss. de Calcul. Minerv. vers. Magnum.* Nos ejusdem aliquomodo expediendæ gratia infra in doctrina objecti materias subjectas distinximus. Ad quaestionem æqualis religionis infra quadantenus respondimus in tractatu *formæ, in specie Rationabilitatis sententiarum th. 40.* Atque ut paucis agam, distinctio inter Jus naturale & civile, thesin & hypothesein, rem omnem expeditura est.

XXIII.

II. An Jus majoris partis, maxime socialis, competat majori parti factæ? clarius: *an competat illis, qui negotio praesentes sunt, partesque absentium praesentibus adcrecant?* Ita statuit Grotius *de I. B. & P. d. l. 2. c. 5. §. 20. addendum & hoc,* inquiens, *si qui absentia aut aliter impediti iure suo uti non possunt, eorum Ius interim accrescere praesentibus.* Quod & Juri Civili convenit, de quo tamen duarum partium praesentia requiritur. *l. nulli. 3. ff. quod cujusque univers. ex quibus partibus sufficere,* si major pars consentiat, communem Legistarum & Canonistarum opinionem esse, refert Kirchoff. *d. cons. 1. n. 8.* add. Bartol. *in l. 46. C. de decurion.* Atqui duos ex tribus Judicibus datis arbitrisve, tertio absente, non posse judicare, expressus textus est *in d. l. item si unus 17. §. fin. & l. seq. ff. de Recept. arbitr.* Num forte differentia inter Judices arbitrosve & eos, qui sunt de universitate quadam, statuenda est? sed quis rationem differentiae investigaret? Rem expedit Jus in *l. 39. ff. de Re Jud. duo,* inquiens, *ex tribus Iudicibus, uno absente, judicare non possunt,* quippe omnes judicare jussi sunt, sed si adsit & contra sen-

2

er re-
Jure
oposi-
telle-
l. ult.
ivatts
per-
opriè
6. de
cript.
stum
tione
Atque
a Fel-
iffert.
ritur,
tis in
s, ta-
estio-
nctio
ivita-
i non
tio-
cum
ramo
it, si
salu-
inter
dum
alitas
o, de
gitur
pen-
fue-
ū re-
ribus
qua
unt.



*triat, statur duorum sententia, quid enim minus verum est, omnes
 & iudicasse. add. omnino d. l. 17. §. fin. ibi: quia in plures fuit com-
 & promissum. & l. seq. ff. de Recept. arbitr. Scilicet, ut ad quæstio-
 & nem propositam generaliter distinguendum est inter thesin &
 & hypothesin, ita in hac specie multum interest, utrum duo ex
 & tribus iudicibus simpliciter ita dictis, uno absente, judicare pos-
 & sint, an iudices dati vel arbitri ex compromisso partium consti-
 & tuti. Priori casu, qui contingit in iudicibus ordinariis, præci-
 & puè independentibus, præsentibus, absente tertio, judicare posse
 & non ambigimus; Posteriori vero cur non possint, ratio in limi-
 & te mandati, & voluntate constituentium posita est; quippe o-
 & mnes iudicare iussi sunt.*

Th. XXIV.

*De numero præsentium, quot nempe ex tota universitate
 præsentibus esse debeant: non ineleganter tractatur. Jus Civile,
 de quo supra th. 7. duarum partium præsentiam requirere, sed
 naturaliter sufficere, si pars dimidia aut paulo major absente ad-
 sit, recte statuit Consultissimus Dn. Henricus Henniges obser-
 vat. in Grot. d. l. 2. c. 5. §. 20. Quid vero, si pars Collegii ma-
 jor absit, ita ut unus tantum, vel non adeo multi præsentibus sint?
 Manere quidem penes eum jus collegii, statuendi tamen pote-
 statem eum non habere, si alii adhuc supersint, communis est
 sententia. vid. Losæus de iure Univer. part. 1. c. 3. n. 77. Quibus vali-
 dè opponi possunt, quæ habet Dn. Zieglerus ad d. l. Grot. quia
 sufficit more plerarumque civitatum & ex naturali ratione, si di-
 midia aut paulo minor pars Senatorum supersit in civitate
 conveniat, ejusque pars major consenserit, dum tamen omnes voca-
 ti & citati fuerint. Ex quo putat, secundum naturalem ratio-
 nem etiam unum illum, qui tempore concilii aut collegii ha-
 bendi præsens est, de actibus collegii discernere posse: reliquos
 enim, qui vocati vel nolunt, vel non possunt venire, videri ta-
 citè consensisse in id, quod ita ab uno præsentibus decretum fue-
 rit, add. Dn. Henniges, d. l.*

Th. XXV.

*Quæ de convocandi necessitate ex Jure naturali modo ha-
 buimus, etiam Juri Civili nostro conveniunt, arg. l. de
 unoquoque. 47. ff. de Re jud. Iac. Gothofred. ad l. 160. §. 1. ff. de
 R. l.*

R. I. Bartol. in l. omnes populi. 9. ff. de l. & l. nulli. 3. ff. quod cuiusque univ. in fin. l. heredes mei. § 7. §. peto. 2. ad SC. Trebell. Abbatis in c. l. de his que fiunt. & c. venerabilem 34. de Election. & Angeli in d. l. heredes § 7. §. peto. 2. ad SC. Trebell. Ex eo vero, quod Jus Civile duarum partium presentiam desiderat in d. l. nulli. 3. ff. quod cuiusque univ : & l. nomination. 46. C. de decurion. non male inferitur, quod in numerum duarum partium ex mente istarum legum non computentur illi, qui nolunt vel non possunt venire, in quo Jus Civile à naturali differt. add. Bursat. cons. 107. n. 3. Nicol. Everhard. cons. 100. n. 5. David. Max. ad ius Lub. lib. 1. art. 2. n. 26. & seqq. Struv. S. I. C. Ex. 7. th. 43. De pluribus creditoribus concurrentibus tractat Jctus in l. Rescriptum. 10. ff. de Pact. Rescriptum autem D. Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant convenire. Quid ergo, si quidam absentes sint, num exemplum presentium absentes sequi debeant? sed an & privilegiariis absentibus hac pactio noceat, eleganter tractatur, si modo & valet pactio contra absentes &c. vid. Vinn. de Pact. c. 17. Wisenbach. ad tit. ff. de Pact. th. 37. Dn. Struv. S. I. C. Ex. 6. th. 50. Æquitati naturali convenit, ut distinguamus, utrum culpa an casu absint, ne presentium absentibus sine culpa sua præjudicent, dummodo presentium quoque numero conditiove, vel ipsius negotii qualitas ulteriorem dilationem admittant; videtur enim Jus in causa esse positum. Cæterum generaliter & pro totius hujus questionis resolutione non opus esse existimo hic præoccupando distingui inter actus voluntarios & necessarios, inter causas ad plures ut singulos & ut universos spectantes: quæ enim sic definivimus, cæteris paribus, accipienda esse, tacitè intelligitur; quatenus vero distinctiones istæ hûc pertineant, ex iis, quæ infra in expositione objecti tradidimus, haud difficulter judicari poterit. Ex eo autem, quod supra diximus, eos, qui consentire non possunt, subjectum Juris majoris partis non esse, sponte sequitur, illis, qui Jure hoc aliis cessere, vel de eo aliquid remisere, id amplius non competere. vid. B. Bæccler d. dissert. de Calc. Min. d. l.

Th. XXVI.

Th. XXVI.

Objectum Juris majoris partis considerari potest cum in genere, tum in specie. In genere consideratum constituo omnes causas secundum multos arbitrarias. Arbitrarias dico h. e. ab arbitrio seu sententia humana dependentes, quasque non alio potius medio, quam secundum sententias hominum definire est. Addo: secundum multos, mox enim apparebit, ad illas causas, quæ à voluntate unius pendent, Jus majoris partis vires suas non extendere. In specie spectatum pro varietate negotiorum, ad quæ major pars refertur, varium est. Sunt enim causæ illæ (1) vel arbitrariæ facti vel arbitrariæ juris. Arbitrarias facti appello, quæ quoad quæstionem facti à sententia humana pendent, de quarum veritate, an & qualiter factæ sint, secundum sententiam & judicium eorum, qui facti scientiam intellectumque habent, statuendum est: Testimonia Peritorum aliarumque Personarum de Intellectu sensuque suo deponentium intelligo. Cujac. 12 Obs. 16. Exemplum in obstetricibus ventrem inspicientibus refert Paulus 2. sent. 24 §. 8. add, Jacob. Gothofred. ad l. 160. §. 1. ff. d. R. I. Arbitrarias juris dico, quæ quoad quæstionem juris, h. e. quid in illis justum honestumque sit, ab arbitrio humano ita pendent, ut non tantum divino humanove jure indefinitæ indecisæque, atque ita indifferentes sint, sed nec alio medio meliori commodiorique definiti decidique possint, quam secundum majorem partem. Quod non ita intellectum velim, quasi jus majoris partis in foro humano in aliis negotiis, quam quæ alias expediri exitumque invenire nequeunt, locum non sortiatur; (praxis enim quotidiana contrarium docet) sed vel ideo, quia respectu personarum, ad quarum sententias referuntur, ita comparata sunt, ut alio medio expediri non possint, vel certè, quia jus majoris partis, ad normam juris prudentiæ exactum, in aliis causis & casibus locum invenire non deberet. Quo respexisse videtur supra laudatus Dn. Oslander, cum in annot. Grot. d. l. in resolutione quæstionis, an jus majoris partis in causa Religionis urgeri possit? inter alia argumenta id ideo negandum censuit, quia, si dissensus

sus

ius sit in Religione, ad regulam sit respiciendum, non præter regulam agendum, *jus autem majoris partis sit præter regulam.* Illud constat: sicut humanæ potestati quidquam juri divino contrarium per majora statuere semper nefas est, juxta illud Exodi cap. 23. v. 1. ita iis, qui ab humana potestate dependent, prætextu majoris partis, à Legibus superiorum declinare nunquam fas duci posse.

Th. XXVII.

(2) ~~Vel sunt judiciales vel deliberativæ.~~ Judiciales definitio, in quibus quæstio justæ injustæ honestatis turpitudinisve moralis aut civilis versatur. Deliberativas describo, quarum κεινόμενον seu judicatio in quæstione utilis noxiique consistit: quam partitionem suo jam tempore agnovit Appianus, cum loco, quem Grotius. d. l. 2. c. 5. §. 17. citat, ἄνευ χειροτονίας καὶ δίκης εἰς τὸ πλεόν δίκαιότερον εἶναι: h. e. tam in comitiis (ubi scilicet de eo quod expedit tractatur) quam in judiciis, (ubi justum ab injusto discernitur) partem majorem vincere, docuit. Ex jure Justiniano ad negotia deliberativi generis referri potest sententia Ulpiani in l. aliud. 160. §. refertur. 1. ff. de R. l. qua ad universos referri decernitur, quod publice fit per majorem partem. add. Jacob. Gothofred. in comment. ad d. tit. d. §. cui ad stipulatur Scævola in l. quod major. 19. ff. ad Municip. quando id, quod major pars curiæ effecit, pro eo habendum censet, ac si omnes egerint. Eodemque spectat. l. nulli. 3. ff. quod cuiusq. univ. (ubi de negotio electionis) Et loca ex Jure Canon. tit. de his que sunt à major. part. capit. & tit. de Election. It. Receptibus Imperii. supra allegata. add. l. nominationum. 46. C. de decurion. Causæ judiciales porro vel considerantur in genere vel in specie. In causis judicialibus generaliter consideratis vera iterum est regula: quod major pars facit, omnes facere videntur. arg. l. 36. & seqq. ff. de Re Jud. Afflict. decis. 1. in secund. dub. Ricc. collect. 316. part. 2. in l. 19. ff. ad Municip. Dn. Fritsch. Elect. Jur. publ. c. 8. Causæ judiciales in specie consideratæ vel sunt rei persecutoriæ vel pœnales; pœnales iterum vel Civiles vel Criminales, & hæc vel capitales vel non capitales. In omnibus jus majoris partis obtinere nec naturale nec Civile jus prohibet. Repeti tamen hic

D

denuò



denuò meretur temperamentum æquitatis, quod B. Bœcler. noster commendavit in *d. diss. de calc. Minerv. si in odiosis dua, in favorabilibus una sententia ad constituendam majorem partem requirerentur*; atque ita in pœnalibus jus majoris partis quidem obtineret, sed excessus qualificati, quod supra appellavimus. Quo spectant ea, quæ ex interpretibus Hebræis refert Dn. Osiander ad *Grot. d. l. Hebræos eo sensu accipere locum Exodi 23. v. 1. & c. ut velint, sequendam esse multitudinem, quæ reum liberare & absolvere cupit, etiamsi unico tantum voto major sit, non vero eandem, si damnet unico tantum voto superior existens. Cui addunt: quando lis est de pecunia, votum unum superans sufficit ad absolutionem aut condemnationem rei. At quando lis est de capite & vita hominis, necesse est, ut ad minimum duo vota superent partem absolventem, ad condemnandum reum. Cœterum ad causas judiciales ex affinitate non immerito referuntur causæ laudis. h. e. sententiis arbitratorum ex compromisso subjectæ: quarum insignem locum supra habuimus ex *Litem si plures. 17. §. principaliter. 6. ubi: in impari arbitratorum numero idcirco compromissum admittitur, non quoniam consentire omnes facile est, sed quia, etsi dissentiant, invenitur pars major, cujus arbitrio stabitur. add. l. diem. 27. §. si plures. 3. ff. eod. tit. Dixi: Compromisso subjecta*, ubi de Jure Arbitratorum quæritur; in compromittendo enim seu ordinando, ut causa per compromissum laudo subjiciatur, ubi de partium agitur Jure, etiamsi unus tantum contradicat, compromissum vicatur. *not. in. C. quia propter. & in c. causam. & in c. rescriptum de Elect. Anton. de Butr. & Joann. de Imola Abb. ex Philipp. in c. constitutus. de Appellat.**

Th. XXVIII.

(3.) vel sunt propria, h. e. ad eos ipsos spectant, de quorum sententia quæritur, vel alienæ, h. e. ad aliorum pertinent sive commodum sive præjudicium. Causæ propria iterum vel sunt universales vel singulares, sive, ut alii offerunt, ad plures spectant vel ut singulos, vel ut universos. Ad plures ut singulos spectare eas dico, quæ simpliciter atque immediatè ad eorum utilitatem pertinent, de quibus agitur, sive in quas facultas

tas singulis principaliter competit. Ad universos contra, quæ ad eorundem utilitatem relatè eoque in respectu & ordine, quo membra cujusdam universitatis sunt, pertinent, & in quas facultas principaliter universitati, secundario tantum singulis competit. Exemplum causarum, quæ ad plures, qua singulos, spectant, celebrè est in rebus, quæ pluribus sociis privatis communes sunt, quippe quarum utilitas principaliter concernit singula societatis membra, non totam societatem: Exemplum causarum ad plures, qua universos, pertinentium occurrit in Contractibus universitatis. *l. 2. l. ult. C. de Præd. Decur. l. ult. C. de vend. reb. civ.* & nominatissimum est in Electione syndici similiumq; personarum. In causis, quæ plures ut universos contingunt, Iuri majoris partis in thesi locus est. *arg. dd. ll. l. 19. ff. ad municip. ubi gloss. & Bart. ad d. l. & l. 160. cum concord. in gloss. ff. de R. l. l. 3. cum l. seq. & ibi Dd. quod cujusque univ. c. l. de his que fiunt à maj. part. cap. c. auditis. c. quia propter. de Elect. gloss. & Dd. in c. cum omnes de Constitur.* Hieron. Schurffius *cent. 1. cons. 59. n. 30.* Quoad negotia, quæ ad plures pertinent ut singulos, tenenda utique est sententia eorum, qui inter actus voluntarios & necessarios distinguunt. In voluntariis, h. e. quæ à mera & libera voluntate singulorum pendent, Iuri majoris partis locum non esse, exemplum societatis privatæ non obscurum esse sinit. de quo in *l. 1. l. 3. l. 4. C. de Comm. rer. alien. l. arbitrum. 43. ff. fam. hercisc. l. Sabinus. 28. pr. ff. Comm. divid. Bald. ad rubr. C. pro soc. add. exemplum ordinandi compromissi, de quo th. antec. conferatur Bart. in l. 1. pr. ff. de Mag. conv. Theodor. Reinking. de Reg. sec. & Eccl. l. 1. cl. 5. c. 8. n. 70. gl. in c. cum omnes. de Constit. Cravett. cons. 329. Limn. de l. P. d. lib. 9. c. 1. n. 187 Dn. Struv. S. l. C. Ex. 7. th. 43. ibique citati.* In necessariis contra, h. e. quæ à libera singulorum voluntate non pendent, sed eo medio, quod necessitas subministrat, expedienda sunt, ipsa necessitatis circumstantia ad majorem partem nos deducere videtur. Exemplum est in *l. Iuris gentium. 7. §. hodie fin. cum l. seq. ff. de Pact. l. fin. C. qui bon. ced. Add. Capic. de cis. 36. n. 3. Menoch. 2. Arbitr. 245. n. 19. Losæus de Iur. univ. part. 1. c. 3. n. 52. Bodin. de Repub. l. 3. c. 7. Ioh. Baptist. Cost. de Fact. scient. & ignor. inspect.*

inspect. 30. n. 7. Perez. in *Cod. de Indict.* n. 15. 16. Dn. Zieg-
 ler. ad *Grot. d. l.* Ratio autem, cur in negotiis universalibus
 Ius majoris partis locum inveniat, consistit in generali volun-
 tate & intentione eorum, qui in universitatem coeunt, quæ ad
 communem utilitatem principaliter directæ est; Unde major
 pars instar totius universitatis obtinet. *d. l. 3. ff. quod cuiusque*
univ d. l. 19 ff. ad Municip. Thoming. *Conf.* 48. n. 55. *ibique*
alleg. Ratio, quare in singularibus voluntariis secus sit, è con-
 trario in defectu istius voluntatis & in intentione contraria
 conspicitur; qua posita, quod singulos seorsim tangit, à singu-
 lis æquè probari necesse est. *arg. l. 1. ff. de S. P. R. l. fin. C.*
de Auct. prestand. l. in concedendo. 8. ff. de Aq. pluv. arv. c. quod
omnes. 29. de R. l. in 6. Jac. Gothofred. ad *l. 160. §. 1. de R. l.*
 nec promissiones alienæ seu facti alieni tertium ligare debent.
 Felin. ad *c. cum omnes. de constit.* gloss. in *l. 2. C. quæ sit long.*
consuetud. Kirchov. *conf.* 1. n. 1. *Limn. d. l.* Ratio denique,
 quare in singularibus necessariis causis major pars vincat, ut di-
 xi, in ipsa necessitate animadvertitur, cum in dubio plusquam
 absurdum esset, minorem partem majori præjudicium facere.
arg. l. 4. ff. de in integr. rest. d. l. 7. §. fin. ff. de Pact. d. l. fin. C. qui
bon. ced. poss. Thoming. *d. confil.* 48. n. 49. & 55. Nec obst.
l. non debet 74. ff. de R. l. t. t. C. Res. inter. al. act. l. 39. ff. de Neg.
gest. c. 29. de R. l. in 6. Dn. Struv. *S. l. C. Ex. 6. th. 50. n. 4.*
 Causæ alienæ vel speciali nostræ administrationi commissæ
 sunt, vel alias à fide & veritate communi pendent. Utrasque
 Jus majoris partis moderatur. In his quidem eo facilius secun-
 dum plurium sententiam in thesi jus dici potest, quo magis illi,
 ad quos nullum ex negotio commodum vel præjudicium spe-
 ctat, ab affectibus liberi præsumuntur: quo iterum pertinet
 materia testium, peritorum, Judicum, arbitrorum. In illis ve-
 ro, eorum, quibus administratores subsunt, auctoritas, iniqui-
 tatem majoris partis ad arbitrium boni viri efficaciter reducere
 poterit. Exempla occurrunt in Administratoribus ptochiorum,
 xenodochiorum & orphanotrophiorum in *l. privilegia. 17. §.*
id vero. 2. C. de SS. Eccl. famosissimum vero omnium habetur
 in tutoribus, sive de eligendo administratore generali agatur.

sive:

five de administratione quorundam negotiorum pupillarium speciali quærat, de quo docet §. *sed si ex testamento* 1. *Inst. de Satisd. Tut. l. si plures. 3. §. si non erit. 7. ff. de Admin. & pericul. Tut. l. si nemo. 19. §. hoc edict. 1. ff. de Test. tutel.*

Th. XXIX.

(4.) vel sunt publicæ vel privatæ. Publicæ iterum vel sacrae vel profanae. Publicæ sunt, quæ ad statum Reipubl. spectant, privatæ, quæ singulorum utilitatem concernunt. Publicarum exempla sunt, in suscipiendo deponendoque Bello, Pactione Pacis, Induciarum, Fœderum, Neutralitatis, imponendis Tributis, exigendis Vestigalibus, sanciendo Legibus, eligendis Magistratibus aliisque ministris &c. Privatorum exempla supra habuimus in transactione creditorum inducias moratorias cessionemve bonorum debitoris eligentium. *ex l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. 8. ff. de Pact.* Sacras definitio, quæ ad cultum divinum proximè pertinent, profanas contra, quæ ad felicitatem humanam tendunt. Publicæ profanae variæ, privatæ ferè innumeræ sunt; per quarum omnes & singulas species ire sicut instituto nostro longius esset, ita exemplo celebriorum quorundam capitum totius rei analogiam exhibere in sequentibus conabor.

Th. XXX.

De publicis negotiis statui potest dupliciter, cum ex principiis Juris divini atque in thesi, tum ex legibus Imperii nostri atque in hypothese Comitiorum aliorumque conventuum & judiciorum Germaniæ. Secundum principia Juris divini regulariter vera sunt, quæ habet Grotius *de I. B. & P. d. lib. 2. c. 5. §. 17.* quod in iis rebus, ob quas quæ liber consociatio instituta est, universitas & ejus pars major obligent singulos, qui sunt de universitate, & quæ repetit, *lib. 3. c. 20. §. 4.* In procerum aut populi imperio Jus paciscendi penes majorem partem esse; Illic consilii publici, hic civium sententiæ dicendæ Jus ex more habentium. add. in specie Electionis *arg. l. 3. ff. quod cujusq; unio: c. venerabilem.* ubi Abb. *de Elect. Kirchoy. conf. 1. n. 7. ibique cit.* Celeberrimæ omnium, quæ unquam in hoc genere tractatæ sunt, quæstiones versantur cum in Causa Religionis tum



Contributionum. Quæ de causa Religionis passim disquiruntur, illorum decisio ad ea recidit, quæ habet sæpius laudatus Dn. Osiander in annot. Grot. d. l. n. 3. observandum, inquit, *Ius majoris illius partis non posse urgeri in causa religionis, quasi major pars votorum possit determinare circa aliquod dogma fidei: tum quia & hic obtinet illud pervulgatum: multitudo errantium errori non parit patrocinium; tum quia negotium religionis est causa DEI, quam multitudo vel paucitas votorum non fulcit, uno Michæ contradicente toti concilio Pseudoprophetarum; tum quia, si dissensus sit, ad regulam sit respiciendum, non præter regulam agendum. Ius enim majoris partis est præter regulam. Interim tamen hoc fieri potest, ut si plurium votis aliquid collectum sit, Princeps, attendendo ad plurium vota, possit in externis deinde disponere de concluso atque in suo territorio prohibere, ne contra id, quod plurium consensu collectum est, doceatur, agatur, disputetur.* Cui gemina sunt, quæ Dn. Strauch. d. diff. 7. §. 2. pro expositione exceptionis, qua Protestantes contra decretum Spirense nitebantur, (quod scilicet in causa religionis pluralitas votorum non habeat locum) tradit: *Quæ exceptio vera quidem est, quantum ad fidem internam, quæ cogi non potest ad assentiendum decreto facto ex pluralitate. Nihilominus ne lites circa doctrinam progrediantur in infinitum, in provincia vel regno statui potest partium probationibus modus & defensionis terminus, & competit Principi potestas exequendi decretum, quod post legitimum ordinem & modum disputandi per pluralitatem votorum ab Ecclesia, quæ professione Doctrina sit una & consentiens, factum est. Ideo etsi Magistratus ad credendum id, quod plurium suffragiis homologatum est, cogere non potest: cavere tamen potest, ne publice doceatur contra plurium sententiam, quam ipse pro vera habet.* Quæ, ferè iisdem verbis repetit consultiss. Dn. Ziegler in not. ad d. l. Grotii. Brevius Dn. Henniges ad eundem: *In causis religionis, quod major pars decernit, reliquos quidem ad credendum non obligat, obniti tamen iidem nequeunt, quo minus pluribus votis stetur, & secundum numerum eorum informetur religio, quia nulla ratio est, cur minor numerus obtinere possit id, quod major non potest, nam utraque pars se fundat in veritate Religionis, quam conser-*

vare

vare studet, in eo autem magis pollet, qui votorum pluralitate vin-
 cit. add. Dn. Fritsch. *Elect. Iur. publ. c. 8. p. 96.* Ut vero plu-
 ralitas suffragiorum in causa religionis obtineat, requiritur, do-
 cente Dn. Strauchio. *d. l. I. ut hac suffragia fiant ab iis, qui lo-
 cum Iudicum obtinent, non partium. II. ut ad hoc congregati
 sint, ut sententiam in religione ferant. III. ut, qui congregati
 sunt, sint facultate iudicandi praeediti, ingenio, doctrina, eruditio-
 ne & industria instructi, quanta maxima ad hoc negotium requiri-
 tur. IV. ut Ecclesia professione doctrina sit una & consentiens.
 V. Ne parti minori per res iudicatas, decreta, transactiones vel
 pacta ius quasitum sit.*

Th. XXXI.

Quod ad causam Contributionum attinet, iudicatio to-
 tius controversiae in eo unice posita videtur: an onus contribu-
 tionum ad singulos cives pertineat, ut singulos, an ut univer-
 sos, & consequenter in provincia earum causarum, quas arbi-
 trarias diximus, collocari possit nec ne. Qui enim contribu-
 tionum causam Juri majoris partis in thesi subtrahunt, hoc pal-
 mario utuntur fundamento: onus contributionum ad mem-
 bra civitatis, cujus gratia imponitur, non referri ut universa,
 sed ut singula, & quidem ita inaequaliter, ut aliorum majus
 aliorum minus praedictum contineat, Jura vero singulorum,
 sive in quibus singulorum praedictum versatur, exemplo pa-
 cti remissorii plurium creditorum, de quo in *l. 8. ff. de Pact. ar-
 bitrio* reliquorum subjecta non esse; quod & supra à nobis di-
 ctum est. *Quam erroneè verò hæc supponantur, quam per-
 versè applicentur, ex sequentibus constare puto.* Primò enim
 contributiones proprie ita dictas Civibus & quidem commu-
 nis utilitatis causa imponi certum est, quod autem Civibus im-
 ponitur, non aliter politicè dici potest, quam quod Civibus qua-
 talibus imponatur, neque ad singulos à civitate abstractos refer-
 ri potest, licet secundario cum aliquo decremento familiari con-
 junctum sit. Respectus autem secundarius primario nihil de-
 rogare potest: principaliter enim ad id, respiciendum est, quod
 toti civitati, cujus gratia singuli coierunt, expedit. *Secundò,
 si onus contributionis ad eos, qui sunt de universitate, specta-*
 ret

Hret non ut uniuersos, sed ut singulos, eodem modo honores,
 qui comuni cum oneribus principio nituntur, ad eos pertinere &
 ob hoc in decernendis honoribus juri majoris partis æquè lo-
 cum non esse dicendum esset, quod nemo facillè dixerit, & o-
 mnium gentium juri repugnat. Tertiò nimis generaliter &
 confusè supponitur, jura singulorum arbitrio majoris partis
 non subesse, quo casu de præjudicio singulorum agitur; hoc
 enim tum demum verum est, 1. ubi conditio singulorum prin-
 cipalem respectum meretur, ut creditorum circa remissionem
 debiti concurrentium, de quo in *d. l. 8 ff. de Pact.* non secunda-
 rium, ut in causa contributionum & similibus. 2. cum agitur
 de causis voluntariis seu à mera facultate singulorum pendentibus,
 non necessariis seu quæ necessitatis limitibus circumscriptæ
 sunt, ut supra distinximus, exemplo *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* breui-
 ter ubi præjudiciū iniuriæ, non juris puta dependentiæ præemi-
 nentiæve versatur. Verius igitur esse existimo, in thesi cau-
 sam contributionum juri majoris partis subducendam non esse.
 Æquissimè distinguit Dn. Strauch. *d. §. 3. si de contributionum ad-
 gnoscendarum onere, quas adnoscere & subire cuilibet civi iustitia
 distributiva imperat, non item, si de proportione & quantitate ser-
 mo sit*, h. e. ut ego interpretor, si quæratnr, an & quantum to-
 tam civitatem seu omnes cives contribuere oporteat, jus majoris
 partis obtinere, quando vero de eo agitur, quanta singulorum
 quota seu proportio statui debeat, non item. Idque vel ideo,
 quod quilibet, ut humanitus fieri solet, onus suum in alium
 devolvere præsumitur, itaque pars maior non immerito suspecta
 est. Sed hæc distinctio eo forte casu obtinebit, quo remedii
 temperative scil. appellationis, amicabilis compositionis
 &c. spes aliqua superest, atque ita jus majoris partis exercetur
 dependenter vel conditionate; ubi vero aliud remedium tempe-
 ramentumve sperari non potest, ratio civilis societatis & salutis
 communis non admittit, ut, quod onus à toto ferri justum esse
 intelligitur, partes prætextu inæqualitatis, (quam definire mi-
 noris partis non est) à se declinare, consequenter totum con-
 clusum sine exitu relinquere possint. Imo, sicut illis, qui bus à
 Principe, in quo residet jus majoris partis fictæ, onera propor-
 tione

tione a
 nis sub
 princi
 majore
 qualite
 guloru
 compe
 lædun
 gantur
 beat,
 tem o
 de imp
 & P. s
 tiis im

 vini a
 ti sum
 sam R
 sa Re
 Waten
 n. 19.
 habet
 num
 um,
 Eoder
 perii
 es hal
 Welt
 ben d
 Rein
 d. l. 9
 mnir
 1613
 coru
 runt



tionē aperte iniqua imposita sunt, præter respectum conditionis subditorum, etiam ratione utilitatis publicæ, quæ imperium principi defendit, ea declinare injustum esset, ita hos, quibus à majore parte propriè ita dicta in statu democratico onera inæqualiter imposita sunt, cum eadem utilitate publica, à qua singulorum salus dependet, inæqualitatem, quam verè patiuntur, compensare, iniquum non est; cum idè, quia à majori parte læduntur, publicæ saluti obluçtandi Jus non habeant. Obligantur enim singuli non ex Jure, quod major pars in ipsos habeat, tanquam superior, sed ex illa lege naturæ, quæ vult partem omnem, qua pars est, ordinari ad bonum totius. Grot. *de imp. summ. pot. circa sacr. c. 4. n. 6.* Ziegl. *ad eund. de I. B. & P. supra d. l. add. Excellentiss. Dn. Conring. dissert. de comitiis Imperii. th. 56.*

Th. XXXII.

Haçtenus de publicis causis secundum normam Juris divini ab hypothesi Comitiorum & Imperii nostri abstracti locuti sumus. Quod Imperium nostrum, & in illo præcipuè causam Religionis concernit. In Comitiiis nostris, ubi Status diversæ Religionis conveniunt, usitatum illud esse axioma, scribit Warem. ab Ehrenberg. *de Regni subsidii & oner. subdit. c. 2. n. 19. & c. 16. n. 53.* In causa fidei majora vota locum non habere. Idem graviter olim & cum successu allegasse Pontanum Potestantium oratorem & Philippum Hassiæ Landgravium, Sleidanus *l. 3. p. m. 112. & lib. 17. p. m. 283.* auctor est. Eodemque pertinent protestationes illæ, quarum Recessus Imperii mentionem ingerunt. R. A. zu Augspurg. de An. 1630. §. es haben aber. R. A. zu Regenspurg. de An. 1532. tit. Geist- und Weltliche Beschwehrung. R. A. de An. 1541. §. dergegen haben die Stände. Bernh. Bertram. *de Comitiiis Imp. d. th. 73.* Reinking. *de R. S. & E. l. 5. el. 5. c. 8. n. 70.* Limn. *de I. P. d. l. 9. c. 1. n. 182.* Dn. Strauch. *d. diff. 7. §. 1.* Atque omnino transcribi merentur exceptiones, quas in Comitiiis Anno 1613. Ratisbonæ celebratis intentioni Imperatoris & Catholicorum Protestantium Legati, literis datis 20. Augusti, opposuerunt, apud Limn. *d. l. 9. c. 1. n. 191. & seq.* Die Majora ver-
E wirffe

wirfft man nicht gänglich / sondern kan man dieselbe in consiliis
 fanis, vnd da kein interesse vnd passiones mit vnterlauffen/
 wohl passiren lassen. Daß man aber die Majora ohne vnter-
 scheid in allen vnd jeden / auch die Religion / Freywillige contri-
 butiones, der Ständ libertät betreffend / vnd dergleichen Sa-
 chen / anjso behaupten vnd durchringen will / das verurfsacht
 vnsern Herrschafften vnd Obern nicht vnbilliges nachdencken.
 vmb so viel mehr als der ander Theil zu mehrmahlen sich selbst er-
 kläret / daß die Majora in Religions Sachen nicht statt haben:
 wie daß im Jahr 1603. im Fürstenrath ein klärlich Exempel vor-
 gewesen / vnd sonst bey jüngst gewesenen Reichstagen der an-
 der Theil zu vnterschiedlichen mahlen sich vernehmen lassen.
 Auch ohnzweiffentlich / da die Evangelische die Majora in ihren
 Händen haben solten / sich denselben nimmermehr auf solche wei-
 se / wie man es jho vorhat / vnterwerffen würde. So geben es
 auch nicht allein die passauische Verträge / sondern auch die da-
 rauf im Jahr 1555. zu Augspurg gepflogene Handlungen / daß
 man durch überstimmen einander nicht gefährten sollen noch wol-
 len: wie auch noch hernacher in den Jahren 57. vnd 59. ein eben-
 mässiges fleißig in acht genommen worden / vnd daß einmahl der
 Religion Fried durch Zheyndigung / tractation vnd Verglei-
 chung / vnd also nicht per majora auffgerichtet. Et multis in-
 terjectis: wäre auch ohne noth gewesen / daß am Kayserl. Cam-
 mergericht die Verordnung geschehen/daß in Religions Sachen
 Assesores pari numero von beyderley Religionen deputiret wer-
 de müssen: oder was bedürffte es dergestalt viel deliberationes auf
 Reichstaaen anzustellen / weilen auch vielen vnterschiedlichen
 Evangelischen Ständen ihre sessiones vnd Stimmen im Für-
 stenrath gesperrtet werden: quas exceptiones & Dn. Strauch. d. §.
 3. quamvis alio stylo retulit. Tandem per pacem Westphali-
 cam positivè & disertis verbis transactum est: *in causis Religio-
 nis solam amicabilem compositionem lites dirimere debere, non at-
 tenta votorum pluralitate. Instrument. pac. Cas. Suec. art. 5. §. 51.
 & eod. §. 9. add. Dn. Fritsch. Elect. lur. Publ. d. c. 8. Dn. Con-
 ring. d. diss. de Comitibus Imperii tb. 55.*

Th. XXXIII.

In
 nostro
 de Com
 praval
 respect
 mus au
 Gewiss
 beant
 chen.
 vnd de
 zu vnd
 des ge
 jenige
 reyen
 wider
 statui
 9. Pa
 tiones
 beinri
 da Sa
 sensu
 d. l. C
 Dn
 rium
 de n
 ris p
 laud
 qui
 suiff
 licu
 est
 qua

Stri

Th. XXXIII.

In definiendo eo, quod circa profanas causas in Imperio nostro justum est; neque ita liberales sumus, ut cum Bertramo de Comitibus d. th. 43. pr. in politicis negotiis majora simpliciter prevalere asseramus: maximè propter inæqualem membrorum respectum, de quo supra; neque tamen eorum nobis arrogamus autoritatem, qui præter causas Religionis, Religion vnd Gewissens. Sachen/ negotia, in quibus majora admitti non debeant, duodecim sequentia numerant. 1. Contribution. Sachen. 2. Cammergerichts. Sachen/ 3. Freyheiten/ Privilegien vnd dergleichen immunitäten. 4. Religionfrieden sampt dessen zu vnd angehörungen. 5. Profan Frieden vnd andere Sachen/ des gemeinen Vaterlandes Ruhe vnd Friede betreffent. 6. Diejenigen Sachen/ darinnen die Römischen Catholischen Parteien seind vnd mit den Evangelischen streitig. 7. Sachen so wider die Billigkeit vnd die Regel: quod quisque Juris in alium statuit, eodem ut ipse utatur necesse est: lauffen. 8. Außerträge. 9. Fälle / so die Executions - Ordnung / Reichs - Constitutiones, Bülden Bull vnd dergleichen anlangen / 10. Erbeinigungen / Verträge / Compactaten &c. 11. Sachen/ da Saniora vota vorhanden. 12. Fälle/ da omnium consensus von nöthen ist. Contra quos prolixè disputat Bertram. d. l. Cauius loqueremur, si cum Carpzovio part. 1. decis. 82. & Dn. Zieglero ad Grot. d. l. in politicis negotiis plerumque plurimum suffragiis standam esse assereremus: quo nomine consilium de non extendendis in Imperio exceptionibus contra Jus majoris partis ab eodem Bertramo d. th. 73. infin. prolatum non satis laudari potest. Omnino igitur placet Dn. Strauchii Judicium; qui cum d. §. 3. catalogum causarum modo nominatarum recensuisset, circumspectè subnectit: *sed si ex his demas eas, quibus alicui lege, pacto, consuetudine, possessione vel aliter quasi ius est, in reliquis tutius est sequi regulam, qua pluralitate stare jubet: quam nos supra termino arbitrariarum causarum definivimus.*

Th. XXXIV.

Quoad Contributionum causam ad Comitibus Imperii nostri relatam. Quosdam ex Electoribus & Principibus Imperii

Anno 1598. Filco Camerali opposuisse exceptiones ex eo capite,
 quod majora vota in causa Religionis & Contributionis dissen-
 tientes non obstringant, memorat Warem, ab Ehrenberg. *d. tr.*
de subsid. Regn. c. 5. n. 53. Vietori *de causis Exemption. concl. 5.*
 videtur vix concedendum, ut imponendo onera, collectas, gra-
 vamen, inopiae nostrae aliorum votis praerudicium creetur. Add.
 Losæum *de iur. univ. part. 3. c. 9. n. 11.* & Befold, *de Aerar. c. 4. n.*
2. & in *diff. de iurisdic. Imp. Rom. tit. 15. p. 42.* ubi scribit: *In*
contributionibus plurium suffragia non praerogativam habere
ajunt, cum ad impossibile nemo obligetur, & omnium statuum
contributiones non sint aequales, sed pro reddituum proportio-
ne imponantur. Quippe Episcopus vel Prelatus aliquis,
quamvis aequae ac Princeps majorum gentium fortunaque opi-
mioris, jus habeat votandi, non tamen parilis quantitatis colle-
ctas exsolvit: iniqum ideo est, ut praerudicare queat ei, qui ma-
jus damnum sentit: quemadmodum fere in simili casu, si plu-
res, inequalis tamen summa, sint creditores, major pars debitori
dilationem omnium nomine concedere vel aliquid de summa re-
mittere nequit. supra. d. l. 8 ff. de Pact. Daniel, Moller, lib. 4. se-
mestr. c. 6. Verum hisce non obstantibus, in causa contribu-
 tionum, quae pro publica Imperii necessitate & utilitate impo-
 nantur, majoris partis suffragia praevallere, verius esse putat
 Reinking, *de Regim. Secul. & Eccl. lib. 1. cl. 5. c. 8. n. 71.* Nam &
 hoc casu suffragationem & consensum non ad omnes ut singu-
 los, sed ut ad universos pertinere, quatenus videlicet causa, pro-
 pter quam exiguntur contributiones, universum Imperium con-
 cernit. Dn. Strauchii distinctionem, utrum de proportione &
 quantitate contributionum sermo sit, an de earum agnoscenda-
 rum onere, supra nominavimus. De dissensu Statuum Impe-
 rii & distinctione Evangelicorum inter collectas voluntarias &
 necessarias circa hanc rem novissima videri potest Auctor *der*
Grundveste. part. 3. c. 7. Non-nullos Statuum, imprimis Evan-
 gelicorum, regulae, secundum maiorem partem receptae, restri-
 ctionem in hac causa, etiam ex ratione partialitatis, ut fuisse; coe-
 terum rem ut altioris indaginis adhuc decisionem suam expecta-
 re Dn. Fritsch, *Elect. iur. publ. d. c. 8.* tradit. Vbi subnectit: vi-
 deri

deri tamen posse in impositione collectarum, quam totius Imperii necessitas & evidens utilitas urget, majoritati votorum non immerito dari debere; quam sententiam ut Reinkingii esse modo retulimus, ita principiis politicis in thesi convenire, ex iis, quæ in antecedentibus pro tenuitate virium nostrarum deductum ivimus, quodammodo colligi potuit, add. Dn Conring. *d. diff. de Comitibus Imper. d. th. 56.* Ex dictis vero apparet, traditionem, quam B. Bœclerus noster *Not. S. R. I. lib. 17. c. 2 n. 5.* vocat communem: In causis contributionum jus majoris partis non valere: tantum in sensu exercitii jurisque controversi, non certi proprieque ita dicti defendi posse.

Th. XXXV.

De vectigalibus instituendis augendisve eodem modo tractari posset tum ex Jure naturali, tum ex Jure publico imperii nostri. Sed quæstio Juris naturalis facile decidi potest ex iis, quæ th. 31. disputavimus: quo enim Jure tributa à majori parte in præjudicium minoris imponi injustum non est; eodem vectigalium quoque erectio defendi potest. In Imperio nostro Jus vectigalium ad Imperatorem spectat & inter ejus Reservata recensetur. *R. A. zu Regensburg. de Anno 1576. § weiter find. & §§ seqq.* Ab Imperatore concessum est Electoribus in *A. B. tit. 9.* & aliis Statibus Imperii Jus vectigalia instituta percipiendi, non vero nova instituendi: Add. *pacif. Osnabrug. art. 9. & art. 10. verb. Altenzöllen.* *Carpzov. de L. Reg. c. 9. sect. 2. & seqq.* *Golniz. de vectig. c. 4.* *Dn. Struv. S. I. Feud. c. 6. aphor. 10. & seqq. & S. I. C. Ex. 39. th. 45.* Capitulationibus cautum est, quod Imperator non debeat vectigalia augere nec nova instituere vel concedere absque consensu Electorum. *Capitul. Carol. V. art. 18.* *Ferdin. art. 20.* Augustissimi Leopoldi nostri, art. 21. & seqq. ubi latè hac de re agitur, & inter alia majora vota non sufficere, sed unanimum Electorum consensum requiri, imo & vicinorum, ac eorum, quorum interest, Statuum sententiam considerandam esse, statuitur, add. *Dn. Struv. S. I. C. d. l.*

Th. XXXVI.

Quantum ad reliqua negotia Imperii nostri publica. In

E 3

Electio-

Electio Regis Romanorum majora vota concludere, textus est in A. B. C. 2. § 4. Idemque in aliis causis obtinere, plures Recessus Imperii commonstrant. R. A. zu Cölln vnd Trier de Anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten. vers. vnd was dieselbe / so erschienen seind / oder der rechte Theil auß ihnen zc. Regiments-Ordnung zu Wormbs. de Anno 1521 §. würde sich auch begeben. vers. vnd so die Sachen ibi : so durch den mehrern Theil beschloffen wird / folge thun. R. A. zu Speyer. de Anno 1542. §. vnd diesen obersten Hauptmann. vers. vnd diese zehen Creysß / ibi : vnd was in helliglich / oder mit dem mehrern Hauffen beschloffen würde. R. A. zu Speyr de An. 1570. §. vnd damit solche wichtige Recels. R. A. zu Regenspurg. de Anno 1576 §. da dann die Sachen. vers. aber darnach ibi : bey dem mehrern zu lassen zc. R. A. de Anno 1594 §. da dann die Sachen nach angehört zc. Bertram. d. dissert. de comitiis imp. d. th. 73. add. ordin. Cam. part. 1. tit. 13. §. weiter ordnen : vers. vnd so sichs begeben zc. Quos tamen textus ut in hypothesis Imperii nostri universaliter accipi periculosum esset: quorum universalitatem etiam negasse Protestantes supra retulimus, ita non male sentiunt, qui à generalitate dictorum textuum non tantum causas, quæ Religionem directò & immediatè concernunt, sed eas quoque, quæ per indirectum eo spectant, excipiendas statunt. Si enim Religionis pace uti frui ex asse volumus, necesse est, ut non tantum, quæ directò eam nobis infringunt libertatem, sed & quæ per indirectum ejus jugulum petunt, repudiemus; quidquid etiam major pars contradicat: ne per indirectum nobis adimatur, quod directò concessum fuit. Limn. de I. P. d. l. 9. c. 1. n. 188. & 190. Atque ita expressè & disertis verbis cautum est in Instr. pac. art. 5. §. 9. pluralitas votorum in causis Religionem, sive directè sive indirectè concernentibus, nequaquam attendatur, &c.

Th. XXXVII.

Ex eo, quod supra generaliter tradidimus, objectum Juris majoris partis esse causas arbitrarias, h. e. ab arbitrio hominum ita pendentem, ut neque divino, neque humano Jure definita sint, sponte consequitur, materiam Juris hujus non esse,

(1.)ge-

(1.) C
c. 1. d
major
Ex q
dignò
fenter
evidè
iniqu
ex leg
natur
perio
limit
Actu
jus m
eorum
mani
dem
lunta
tæ. C
contra
viola
Rom.
ption
secun
mun
ne qu
non
ris n
ergo
pr. C
Epist
Exer
cont
Def
nisi
tia

(1.) Generaliter actus manifestè injustos & irrationabiles arg. c. 1. de his qua sunt c. dudum. 22. de Elect. Alex. in l. quod major. 19. Ad municipal. gl. in c. cupientes. §. 2. de Elect. in 6. Ex quo concludunt Dd. præsentationem à majori parte de indignò scienter factam non valere. Cravett. conf. 63. §. 4. Item sententiæ majoris partis creditorum non stari, si minor pars evidenter ostenderet, opinionem eorum manifestam continere iniquitatem. Bart. in l. 7. ff. de Appel. recip. n. 8. (2.) Actus ex lege Superioris consensum omnium requirentes: hæc enim natura Juris majoris partis dependentis est, ut ad normam Superioris exigatur limiteturque; ideoque in actibus potestatis limitatæ locum non habet. vid. supra in subjecto th. 21. (3.) Actus Legi fundamentali universitatis contrarios. Cum enim jus majoris partis sociale in generali & præsumpta voluntate eorum, qui in societatem coierunt, fundamentum habeat, satis manifestum est, contrariæ speciali totius corporis voluntati idem opponi valide non posse. Lex autem fundamentalis voluntate hac nititur. add. d. th. ubi de subjecto potestatis limitatæ. Conf. infra n. 8. (4.) Actus Juri singulis per privilegia contractusve quæsito derogaturos: In hoc enim Jus naturæ violaretur. add. Befold. de Aër. c. 4. n. 2. & in diss. de Jurid. Imp. Rom. tit. 15. p. 42. Limn. d. l. 9. c. 1. n. 185. Quam tamen exceptionem gradui Juris naturæ potiori cedere non nego; quodq; secundum doctrinam Befoldianam Principes alique, qui summum imperium habent, in privilegia & Jura subditis quæsitæ, ne quidem de plenissima plenitudine potestatis aliquid possint, non, nisi de potestate à dictamine Legis universalis & gradu Juris naturæ altiori abstracta, admittendum cenfeo. Multo minus ergo (5.) Actus utilitati & libertati publicæ contrarios. arg. l. 1. pr. C. de V. I. E. Lactant. lib. 2. c. 20. Senec. de vit. beat. c. 2. Plin. 2. Epistol. 12. Bodin. 3. de Republ. 6. n. 317. Zachar. Vietor de caus. Exempt. d. concl. 5. Limn. d. l. 9. c. 1. n. 186. Neque alio ex principio constitutum est in N. 15. Epilog. in fin. Honorem municipalem Defensoribus civitatum ultra biennium continuandum non esse, nisi tota civitas reluctante nullo elegerit eum, scil. ne frequentia & continuatione cura & per quandam machinationem illud semper

Semper renovando, fiat aliquibus infinita gubernatio. Bartol. ad d. N. c. 6. §. 1. (6) Actus privatam statuentium utilitatem principaliter concernentes, vel aliàs ab affectibus non liberos: nihil n. naturali Juri magis contrarium est, quam arbitriū affectibus subiectum, quippe quod humanæ infirmitates à suspitione iniquitatis non sinunt esse liberum. Unde Protestantes majoribus se subicere noluerunt in causis, ubi inter Catholicos & ipsos tanquam partes litigantes disceptatur. Bertram. de Comitibus Imper. d. th. 73. Limn. d. l. 9. c. 1. n. 188. & seq. it. n. 192. (7.) Causas odiosas, per ea quæ habet Alex. in l. quod maior. 19. ff. ad municipal. (8) Actus, quos omnes concorditer facere non possunt, sive qui ad officium totius non pertinent. Bart. in l. 1. pr. de Magistrat. conven. Inn. in cap. humilis. de Majorit. & obed. fac. N. 15. Epilog. in fin. add. Cravett. Consil. 379. n. 15. Kirchof. d. conf. 1. n. 8. Conf. supra n. 3. (9.) Actus insolitos, quippe qui præsumptæ omnium seu totius voluntati utilitatiq; communi contrarii videntur, add Cravett. d. conf. 379. n. 4. (10.) Actus à tota universitate, nemine discrepante præjudicialiter celebratos. Major itaque pars revocare non potest per totam universitatem unanimiter gesta. Cravett. conf. 132. n. 8. Inn. c. humilis. de Maj. & Obed. & in c. cum omnes. de constitut. Bald. in l. fin. c. de Auct. præstand. Alex. in l. quod maior. 19. ff. ad municipal. Eodemque pertinet quæstio apud Auctorem der Grundveste. Ob ein oder ander im Instrumento Pacis enthaltene Punct per majora zu ändern? item: Ob einige Reichs- oder Verordnungen / dadurch etwan ein Standt auch in specie ein jus vor sich erlangt / zu desselben præjudiz per majora geändert oder ungleich gedeutet werden könne? (11) Actus puri patii arbitrii. Viotor d. concl. 5. ibiq; alleg.

Th. XXXVIII.

Forma Juris nostri alia essentialis, alia accidentalis est. Forma essentialis alia est Juris majoris partis in abstracto seu in genere considerati, alia spectati in concreto, h. e. relati ad certum subiectum. Forma illius in abstracto considerati alia generica alia specifica est. Forma generica consistit in Jure comparativi quantitatis, seu eo, quod secundum comparativum quantitatis iustum est. In quo differt ab eo, quod secundum alios comparativos

6

8

9

10

11

tivo
con
nier
tibu
com
sun
nia
qui
gen
tuer
tent
ut e
fact
con
niur
Un
resp
gar
mi
ne
qu
me
run
me
sen
non
Eri
ber
alle
lib.
fitu
me
Zi
ad
in
au



tivos obtinet; de quibus supra *th. 2. & seqq.* Forma specifica
 conspicitur in collectione sententiarum numero majori conveni-
 entium, sive in comparativo numeri ex pluribus convenien-
 tibus sententiis collecti. Ubi attendendum est, cum ad partes
 comparatas, tum ad comparandi modum. Partes comparatae
 sunt sententiae. In his consideranda est 1. Veritas. 2. Harmo-
 nia seu convenientia in uno objecto. 3. Rationabilitas. Re-
 quiritur, inquam, (1.) ut sententiae, ex quibus majoritas colli-
 genda est, sint verae, h. e. principiis verum consensum consti-
 tuentibus constantes. Unde statim intelligitur, quid de sen-
 tentiis, quibus error dolusve causam dedit, sentiendum sit: pro-
 ut exemplum praesentationis à majori parte patronorum dolo
 factae refert Cravetta. *Conf. 63. §. 4.* Requiritur (2.) ut sint
 convenientes, h. e. comparentur sententiae, quatenus conve-
 niunt in uno objecto, non quatenus differunt ab uno objecto.
 Unde consequitur, quod sententiae, ut praerogent, secundum
 respectum harmoniae seu convenientiae in uno objecto praero-
 gare debeant, dicanturque sententiae majores in comparatione
 minoris numeri in unum objectum consentientium seu ratio-
 ne consensus, non ratione numeri dissentientium seu, ut alii lo-
 quuntur, totius, puta Collegii &c. Clarius: quae majori nu-
 mero conveniunt in uno objecto, atque ita sententias reliquo-
 rum minori numero in alio objecto convenientes seu confor-
 mes vincunt. Evenire enim potest, ut numerus quidem dis-
 sentientium sit major, qui tamen, quia per consentientia vota
 non est major, majoris partis effectum non habeat: quam do-
 ctrinam exemplo plurium Patronorum diversis votis diversos
 beneficiarios praesentantium prolixè & cum ingenti catalogo
 allegationum illustravit Julian. Vivianus *d. tr. de Iur. Patron.*
lib. 12. c. 8. n. 3. & seqq. Antiquitè quidem hac de re qua-
 situm fuit, ut apparet ex A. Gellii *Noct. Att. lib. 9. c. 15.* Nec
 me latet communem opinionem in contrarium allegari à Dn.
 Zieglero ad *d. l. Grotii*, ubi etiam auctoritatem Davidis Mœvii
 ad *lus Lubecens. lib. 1. tit. 1. art. 2. n. 35.* de consensu praxios
 in Electionibus testantis, nominat. Quodsi vero opinio ista
 nullo fundamento juris satis idoneo probari potest. Quodsi
 eodem

F

eodem auctore sententia hæc in consiliis non perinde custoditur, sed in his ipse per se consentientium numerus computatur, non attento, an respectu collegii minor sit: magna, quam Dn Zieglerus subnectit, ratione, qua sicut, qui ex contrariis neutram sequuntur, neutri adstipulantur, ita nec alterutri ad minuendum, vel augendum numerum Jure accenseri possunt. Quodsi in definiendo Jure majoris partis, maximè ad universitatem relatæ, ad exitum negotiorum tanquam ad Lydium lapidem attendendum est. Quodsi minori sive per directum sive per indirectum tribui, quod majori non competit, absurdum est. Quodsi denique Jcti Romani in decidendis casibus, de quibus responderunt, subinde ad consensum, sive materiale sive formale, ut mox apparebit, respexerunt: cum in dissensu nullus sit exitus; (ut de exemplis in materia Electionis quoque contrariis, quæ in promptu sunt, nihil dicamus. vid. Zypæus: *Analys. jur. Pontif. tit. de his quæ fiunt n. 1. Lud. Engel. Coll. jur. Can. part. 1. lib. 1. tit. 31. n. 9.*) non invenire possum, cur communi isti opinioni, cui vel catalogum Vivianæ opponere possis, extra casum, quo res aliter facile expediri potest, subscribam, add. omnino Jacob Cujac. *lib. 12. obs. 16.* Nec movent *c. Ecclesia vestra. 48. de Election. c. si cui 23. de Election. in 6. vid. c. quoniam. 3. de jur. patron. Engel. d. l. ibique cit. Zyp d. l. Dissentit Arnumæus ad A. B. disc. 2. th. 16.*

Th. XXXIX.

Nec verò hic periculosa admodum definitionis opus esse arbitror harmoniæ seu convenientiæ in uno objecto: *quæ sententia dici debeant convenire in uno objecto?* an quæ formaliter, directò & absolutè, an vero, quæ materialiter, per indirectum & secundum quid conveniunt, ita ut hæc, quæ interpretativè & secundum quid in uno objecto cum aliis conveniunt, cum illis majorem partem facere existimandi sint: e. g. positâ quæstione, an Titius condemnandus sit in 24. primus & secundus ex Judicibus condemnant in 24. tertius in duodecim, an hoc casu convenientia majoris partis in 24. an verò in 12. statuenda sit? Non, inquam, periculosa admodum definitionis hoc opus esse. Satis enim ex pronuntiatione sententiæ & perseverantia

rantia eorum, qui sententias dicunt, intelligitur, eos, qui in majorem summam condemnarunt, in minorem tantum condemnare noluisse, adeoque ratione minoris summæ (exclusivè) non consensisse, licet sententiæ materialiter ratione minoris summæ convenientiam: hic autem unicè voluntatem eorum, qui sententias dicunt, investigamus, & secundum eam decidere volumus. Ad formalem igitur non materialem convenientiam attendendum esse statuo. Sed ecce: *Si ex tribus arbitrariis iudicibusve unus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent, minimam h. e. quinque spectandam esse, Iulianus scribit, referente Ulpiano in l. diem proferre 27. §. si plures. 3. ff. de Recept. arbitr. Et Paulo in l. inter pares. 38. §. 1. ff. de Re iud.* Additur ratio: quia in hanc summam omnes consenserunt. *d. §. 3.* Nihil impedit: statim enim animadvertitur ex contextu utriusque loci, Julianum de casu sententiarum, formaliter & pari numero diversarum, locutum, in sententiis vero plurimum iudicium majori numero formaliter concordantium hanc decisione opus non esse, cum materialis iudicium concordia formali eorundem differentie instar remedii subsidiarii succurrere videatur, vid. *l. Lege Iunia 24. ff. de manumissionib. add. Didac. Covarruv. Variar. Resolut. lib. 1. C. 2. n. 6. circa fin. & omnino Jacob. Cujac. 12. obs. c. 16.* Neque aliter quam in casu sententiarum formaliter parium admittenda puto, quæ ab Hugone Grotio ejusque Interpretibus *d. l. 2. c. 5. §. 19. de conjungendis aut dividendis sententiis* sub distinctione objectorum, quorum unum alterius partem constituit, & non constituit, traduntur; quippe quæ distinctio, ut, si membra illius moraliter accipiantur, non satis vera videtur, cum utroque casu distinctorum objectorum unum sub altero moraliter contineatur, neque ratio differentie in casu parium tabularum, quo admittitur, in materiali convenientia aut disconvenientia sed in propiori convenientia formali quaerenda sit, ita eadem insigni argumento esse potest, cur in colligenda majori parte nostra ad convenientiam materialem attendendum non sit. Possem hinc velut per digressionem quandam de eo, quod in conjungendis dividendisve paribus plurimum iudicium arbitrariumve sententiis justum est, nonnulla adjicere. Sicut autem istius rei definitio in cau-



sa seu hypothese potius, quam thesi posita est, ita amplam illius per varias species tractandæ occasionem subministrare potest illi, cui in isto argumento prolixius licet esse occupato, laudatus Covarruvias, *d. n. 6. per tot.*

Th. XL.

Requiritur (3) ut sententiæ sint rationabiles, h. e. neque injustæ neque imprudentes atque ab omni affectu libera. Quod non injustas nec imprudentes dixi, eo pertinet, quod supra in causa efficiente & subjecto adnotavi, prudentiam justitiamque in sensu affirmativo & absoluto frustra hic supponi, sed, iisdem in sensu negativo & respectivo Jus majoris partis contentum esse. Est enim Jus majoris partis præter regulam, ut loquitur Dn. Osiander *d. l. ad Grot.* Quod ab omni affectu liberas volui, actum signatum, & quale Jus majoris partis esse convenit, potius, quam exercitum, seu quale semper habetur, respexi; Utrobique non immemor eorum, quæ supra in materia contributionum ex principio Legis universalis disserui. Quamvis hac quoque in re inter personas dependentes provocationique subjectas & Independentes distingui debeat; prout à Pontificibus Romanis de capitulis aliisque personis potestati illorum subjectis rescriptum est, majorem partem discretiorem, firmiorem & saniozem attendendam esse. vid. *c. quia propterea. 42. de Election.* Johann. de Imola *in l. Pomponius 36. ff. de re jud.* Alexand. *in l. quod major 19. ff. ad municipal. c. 1. & ibi Abb. de his que fiunt.* Kirchoy. *d. cons. 1. n. 8.* Cui convenit, quod de sanitate circa vota Adsefforum in Ord. Cam. *part. 1. tit. 13. §. Weiter ordnen/ vers. Und so sichs begeben.* constitutum est. add. Lud. Engl. *Coll. lur. can. part. 1. lib. 1. tit. 31. n. 10.* Cæterum ex hoc ipso iudicium ferri potest non tantum de sententiis vi metuque extortis, sed etiam de iis, qui prosopolepsia seu suspitione laborant. Contra sententias vi metuque extortas consuluit Kirchoy. *d. cons. 1. n. 8.* Contra prosopolepsiam disputatur loco, quem citat Osiander *ad Grot. d. l.*

Th. XLI.

Neque huic, quod de Prosopolepsia dixi, contradicere puto generalem illam veritatis ac justitiæ præsumptionem, quæ
pro

pro majori parte militat. Præsumptio enim ista, quæ stat pro pluribus, non ita Juris & de Jure est, quin contraria odii aut amoris aliusve affectus probatione vel præsumptione fortiori in hac vel illa causa elidi queat. Recte igitur Protestantes nostri, cum in causa Religionis, tum in aliis, ubi Status Imperii, ut partes considerantur, sententiis majoribus se subicere noluerunt. *Limn. d. l. 9. c. 1 n. 188. & seqq. add. Dn. Fritsch. Elect. Jur. publ. d. c. 8.* Eodemque ex fundamento Legibus Imperii salubriter constitutum est, in supremis Imperii dicasteriis, Cancellariæ Aulæque Imperialis, ubi Judices & Adseffores diversæ sunt Religionis, & quilibet suæ Religionis hominibus magis quam adversæ in sententionando favere præsumitur, *Præsides, Adseffores & quoscunque justitia ministros*, evitandæ sinistrae suspitionis ergo, *pares numero utriusque Religionis esse debere.* vid. *Instrum. Pac. art. 5. §. 52. & 53.* Ex eadem ratione introductum, ut in *conventibus deputatorum Imperii ordinariis numerus ex utriusque Religionis proceribus æquetur*: Et ubi extra ordinariis *commissionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Augustanæ Confessionis Status versatur, soli eidem Religioni addicti deputentur, si inter Catholicos, soli Catholici, si inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, utriusque Religionis pari numero commissarij denominentur & ordinentur.* d. *Instr. Pac. d. art. 5. §. 50.* Qua in re quid in Comitibus Ratisbonensibus Anni 1654. desideratum fuerit à Statibus Evangelicis, ex iis, quæ Dn. Fritsch. d. c. 8. refert, videre est. Plane, in electione Syndici, ut *duæ partes Decurionum adfuerint, is quoque, quem decernent, numerari potest.* l. *planè. 4. ff. Quod cujusq; univ. Zæsius ad d. t. n. 7.* (atque ita, ut ego accipio, à se ipso eligi.) Nec obst. l. 4. ff. de *Tut. & Curat. dat. l. fin. ff. de off. Prat. l. 5. ff. de offic. Præs. l. un. C. ne quis in sua caus. c. per nostras. 26. de lur. patron. c. fin. de Institut.* Ergo multo magis patris suffragiū filio proderit, & filij patri & c. l. *illud adnotandum. 5. & seq. eod. tit.* Nec obst. §. 4. *Instit. de Inut. stipulat. l. fin. C. de Impub. Subst.* vid. d. l. 6. *quod cujusq; univ. pr.* Dn. Struv. *S. l. C. Ex. 7. th. 43.* Quo spectat, quod in A. B. *rit. 2. in fin. vocem Principis electi, eligentium augere numerum partemque*



maiores constituere, decretum est, add. c. cum in iure. 33. de Election. Dissent. Arum, ad A. B. disc. 2. th. 22.

Th. XLII.

Circa modum comparandi observanda sunt 1. comparationis genus, 2. gradus. Genus comparationis est multitudo seu quantitas ex unitatibus collecta. In definienda autem unitate sententiæ respectus haberi debet personæ moraliter seu civiliter potius, quam physice unius, ita ut una sententia dicatur, quæ ab eo subjecto processit, quod in Jure pro una persona habetur, sive jam subjectum illud in uno individuo physico, sive in pluribus consistat. Sicut exempla, in *l. si plures. 9. ff. de Pact. & c. pastoralis. 14. de Rescript.* occurrunt. add. Jul. Vivian. *tr. de iur. Patron. lib. 12 c. 8 n. 4. & seqq.* add. *supra. th. 6 circ. fin.* Quemadmodum & in computandis majoribus sententiis diversorum corporum vel collegiorum non ad singulas personas, sed ac collegia singula respicitur, ut si duo Collegia fuerint ad negotium quoddam deputata, quorum singula novem, utrumque simul sumptum octodecim capitibus, constant, major pars non dicatur, quæ sex sententiis ex uno, & quatuor ex alio, compositis constat, sed quæ quinque vel pluribus ex uno & quinque vel pluribus ex altero, (quæ in singulis collegiis majorem partem faciunt) conflata est. Eodem modo, quo, deputato Episcopo & Capitulo, major pars dicitur Episcopus & Capituli major pars, non autem capituli dimidia tantum & Episcopus, secundum Gl. & Abb. *in d. c. Pastoralis. 14. in fin. de Rescript. Alex. in c. quod major. 19. ff. ad municipal. & Bald. in l. si ad scribatum. 4. C. de Appellat.* Huc pertinet computatio plurium votorum minus plenorum in Comitibus, de qua Dn. Conring. *d. diff. de Comitibus Imperii. th. 50.* Joh. Theod Sprenger *iurisp. publ. p. m. 357. & seqq.* Cæterum ratione dicti Generis Jus majoris partis in nostro significato non tantum ab eo, quod secundum comparativum qualitatis aliarumve circumstantiarum dicitur, sed ab eo quoque, quod secundum alias quantitatis species, puta comparativum ponderis, mensuræ &c. obtinet, differre, ex iis, quæ supra in expositione terminorum *th. 2. & seqq.* dixi, constare existimo. Ergo majoritas hic minimè intelligitur potestatis & imperii, quo

quo major minori parti imperare possit, sed numeri, quo sententias numero minores vincit; quatenus sc. sententiæ pauciores in latitudine opposita contrario robori cedere coguntur, ut exemplo majorum votorum in Comitibus Imperii eleganter declarari potest ex Lampad, *de Rep. Rom. Germ. part. 2. c. 3. n. 17. 18.* add. Dn. Ziegler. *ad Grot. lib. 3. c. 20. §. 4.*

Th. XLIII.

Quoad gradum comparationis attendi potest. I. ad gradus speciem, II. ad illius respectum. III. ad ejusdem excessum. Species gradus est comparativus: majorem enim partem supra descripsi, quæ pluribus sententiis constat, seu numero vincit. In quo differt Jus majoris partis à Jure æqualium sententiarum seu *parium Tabularum* h. e. quod stantibus paribus sententiis justum est: de quo aliquoties laudata dissertatio B. Bœcleri nostri *de Calculo Minervæ* consuli meretur. Respectus in comparatione hac, qua pars numero major dicitur, haberi debet non ad integrum seu omnes, de quorum consensu quaritur, sed ad eos, qui in uno objecto conveniunt. Sed de convenientia ista modo *in th. 38. n. 2.* habuimus. Quod ad gradus excessum spectat sive ad quæstionem: *quot sententiæ ad constitutionem comparativi requirantur? quot unitatum excessu opus sit, ut majores dicantur, simplicine an multiplicato seu composito?* Excessus hic intelligitur simplex, ita ut majores sententiæ dicantur, quæ una sententia vincunt, nec excessu multiplicato seu plurimum unitatum opus sit. Licet accidat sæpissimè, ut majores sententiæ numero multiplicato constent, in quo tamen essentia majoris partis non mutatur.

Th. XLIV.

Forma Juris nostri in concreto spectati pro varietate personarum rerumque subjectarum varia est. Ratione personarum alia (1.) est Juris majoris partis socialis, alia non-socialis. (2.) alia publici alia privati. Exemplum publici habemus in forma colligendi vota in Comitibus aliisque conventibus Imperii; de qua videri possunt Autor *der Grundveste. part. 2. c. 4. 6. 8.* Conring. *d. dissert. de comitiis Imperii th. 40. & seqq.* & Publicistæ suis in locis; aliud in modo votandi Assessoribus Camera præ-

ræ præscriptio : de quo Jacob. Blum. *in Process. Cam. tit. 75. §. 31. & seqq.* (3.) Alia principalis, alia administratorii. (4.) Alia independentis, alia dependentis. (5.) Alia potestatis limitata, alia illimitata. (6.) Alia majoritatis veræ, alia fictæ &c. Ratione rerum : Alia (1.) est relati ad causas arbitrarias facti, alia relati ab arbitrarias Iuris. (2.) Alia est spectati in causis judicialibus, alia in deliberativis. (3.) Alia est relati ad causas proprias, alia relati ad causas alienas. (4.) Alia publicarum causarum, alia privatarum; publicarum iterum vel sacrarum vel profanarum. Quæ forma servari debeat in statuendo in causa Religionis supra *th. 30.* ex Dn. Strauchio repetii. Forma accidentalis pro multiplicitate partium formæ essentialis constitutivarum, quibus accidit, & ipsorum accidentium, sive eorum, quæ accidunt, ferè innumera est ; sicut e. g. de requisito *simultaneæ majoris partis presentie*, sub distinctione negotiorum, quæ pluribus communia sunt ut universis & ut singulis, ibi affirmativè, hîc negativè responsum est. vid. Cravett. *conf. 63-p. 121. ibique alleg.* De ordine votandi tractavit Carpzov. *part. 1. decis. 82. n. 56 & seqq.* Cæterum de forma Iuris nostri cum in concreto spectati essentiali, tum accidentali, prolixius dicere impræsentiarum non vacat.

Th. XLV.

Effectus pariter alius est Iuris majoris partis in genere considerati, alius spectati in specie. Effectum illius in genere considerati constituo prærogativam & auctoritatem, qua major pars minori præjudicat, & ex hac exitum negotiorum humanorum. Quamquam enim melius cum rebus humanis ageretur, si ponderarentur sententiæ, non numerarentur. Plin. *lib. 2. Epist. 12.* quia argumentum pessimi turba est. Senec. *c. 2. de vit. beat.* Quoniã tamen hæc optari facilius, quam sperari, in hac vita licet, obtinuit in omnibus ferè curiis, collegiis & judiciis, ut, quæ numero vincit sententia, eadem rationis quoque pondere superior esse existimetur. Quem morem servari in Iudicio Neapolitano, Matth. de Afflict. *decis. 1.* in Senatu Pedemontano, Thesaur. *Decis. 1. n. 25.* Subaudiæ, Ant. Fab. *Cod. lib. 1. tit. 7. defin. 2.* in Senatu supremo Mechlinensi, Paul. Christinaus. *vol. 1. decis. Belg.*

Belg. 8. n. 5. & seq. testantur. Eundemque collegia, curias & judicia Saxonica sequi Carpz. part. 1. decis. 82. n. 17. & seqq. docet. add. textus & loca supra rh. 18. & seq. allegat.

Th. XLVI.

Effectus illius in specie spectati (1.) alius est derivati à præsumpta eorum, ad quos ea res pertinet, voluntate, alius orti ex verifimili plurium prudentia, alius nati ex probabiliore plurium veritate, alius fundati in minori præjudicio. Effectus derivati à præsumpta eorum, ad quos ea res pertinet, voluntate conspicitur in virtute obligandi omnes seu totum & vincendi partem minorem, ut, quod à majori parte factum est, perinde haberi debeat, ac si omnes fecissent. vid. Arist. lib. 4. polit. c. 4. l. 3. ff. quod cujusque univ. nom. l. 19. ff. ad municipal. ibique Bartol. l. 160. §. 1. ff. de R. l. c. 18. de censib. cum aliis, add. Thoming. Conf. 48. n. 49. & 55. Pacta à majori parte, ait Grotius, d. l. 3. c. 20. §. 4. obligabunt etiam eos, qui aliter senserunt. Livius lib. 32. ubi semel decretum erit, omnibus id etiam, quibus ante displicuerit pro bono atque utili fœdere defendendum. Dionys. Halicarnassensis: δίκαιον πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ πλείονων κειθέσιν, parendum his quæ major pars censuit. Appianus: δεῖ πάντα τὰ κειθέν ἀπροφασίστως ποιεῖν, oportet omnes decreto obsequi, nulla admessa excusatione. Plinius: quod pluribus placuisset, cunctis tenendum quos citat Grotius: d. l. Factum à majori parte, definiente Marc. part. 1. quest. 226. præjudicat minori. Et quod facit major pars universitatis, alii de universitate improbare non possunt. Cravett. conf. 195. n. 8. Inviolabiliter servari debere, quod fit à majori & saniori parte, textus est in c. 35. de Elect. add. Gloss. in c. in Christi. de Pace Constantia. in usib. Feud. Duplex enim est in Iure concordia, una plena & vera, quando scil. omnium in idem concurrat, altera, quando ex Iuris fictione requiritur plurium consensus, & tunc, si major consentiat pars, perinde Canones Leges & Iura hanc concordiam reputant, ac si omnes consenserint, ait Dominic. Arumæus de Comitibus Rom. Germ. Imp. cap. 3. n. 36. unde infert: quod clausula illa Cæsareis evocatoriis inseri solita: darzu unsz wohlermeste Churfürsten einhellig ihren Consens, dem herkommen gemäß / unter ihrer Liebden

G

den

den Handschrift vnd Siegel gegeben etc. rectè etiam usurpetur in eo casu, licet unus aut alter dissentiat, d. l. De fructu salutis publicæ, de evitacione incommodorum, & conservacione æqualitatis socialis, quæ beneficio Iuris nostri in civitate contingunt, supra in efficiente & fine egi. Et nescio quid non monstri & rixarum esset metuendum, si rationes saniores ubivis essent ponderandæ. Etenim de singulorum dignitate ac eruditione æque ac de litigantium Jure hinc disceptari oporteret; & tunc, juxta Martialem, *qui volet ingenio cedere, rarus erit; cum variæ sint hominum voluntates. l. quia poterat 4. ff. ad Sct. Trebell. Carpz d. decis. 82. n. 26.* Atque huc pertinet Aristotelicum illud: τὸ ἴσον ἔχειν κατ' ἀριθμὸν, ἀλλὰ μὴ κατ' ἀξίαν: **ÆQVALE HABERE secundum numerum, sed non secundum dignitatem.** Et ὅτι ἂν δόξη τοῖς πλείοσι τὸ εἶναι καὶ τελεῖν καὶ τὸ εἶναι τὸ δίκαιον. φασὶ γὰρ δεῖν ἴσον ἔχειν ἕκαστον τῶν πολιτῶν. h. e. quodcumque visum fuerit pluribus, hoc esse & finem, & hoc esse justum. *Ajunt enim oportere unumquemque civium ÆQVALE HABERE. 6. Polit. c. 2.*

Th. XLVII.

Effectus Juris majoris partis orti ex verisimili plurium prudentia consistit in auctoritate, auctoritati à verè prudentibus profectæ, analogæ. Quod enim plures egerunt, gesserunt, senserunt &c. prudenter fecisse existimantur. In specie prodest
 || (1) pars major ad excusationem à culpa, ut in culpa non sit,
 || qui facit, quod fecit major pars: ut Dd. colligunt. *arg. l. 9. C. de*
 || *pign. act.* (2) Ad faciendam fidem judici, quoad notionem
 || facti, si plures periti in casu peritiam eorum contingente, testi-
 || monia perhibuerint. (3) Ad informandum Judicem in defini-
 || niendo Jure, si communis opinio Doctorum in materia, de qua
 || agitur, definierit consulueritve, de quo supra in *th. 15.* (4)
 || Ad decisionem causæ controversæ judicialem, de quâ Cælius
 || apud Ciceronem *8. Epist. 8. quod eorum judicium major pars judi-*
 || *caverit, id tunc rectumque esto.* Et si quæ alia sunt ejusmodi. Ef-
 || fectum Juris majoris partis nati ex probabiliori plurium verita-
 || te constituo in assensu & fide Judicis. add. *supra th. 2. vers. De*
 || *prærogativa fidei. & th. 26. vers. Arbitrarias facti.* Effectus Juris
 || nostri

nostri fundati in minori præjudicio exemplum aliquoties habuimus in casu pacti remissorii, quo remissionem à parte majori creditorum factam minori nocere, probavimus *ex l. fin. C. qui bon. ced. & l. 8. ff. de Pact.* Afflict. *decis.* 238. Aliud Doctores constituunt in jactu ex sententia majoris partis vectorum facto, arg. *l. 2. pr. & §. 2. ff. ad L. Rhod. de jact.* Dn. Struv. *S. I. C. Ex. 20. §. 17. (2)* Effectus Juris majoris partis alius est dependentis, alius independentis, (3) Alius limitati, alius illimitati. Hæc enim Juris nostri analogia perpetua est, dependenti non posse tribui, quod independenti, limitato, quod illimitato, independentis & illimitati prærogativam absolutam, dependentis & limitati non nisi conditionatam & respectivam esse. Reliqui effectus hujus Juris ex iis, quæ supra in expositione causarum tradidimus, sine magno negotio construi poterunt: nobis enim ad contraria properandum est.

Th. XLVIII.

Contrariorum I. quædam Juri majoris partis repugnant in totum & absolute, quædam in tantum & secundum quid. II. Quædam eidem contraria sunt ratione causarum, quædam ratione effectus: quorum singula ex oppositione singulorum consentaneorum facile cognosci poterunt: velut I. Lex positiva conventiove contraria; quo spectat limitatio Superioris vel alterius constituentis. II. Status mediorum ordinariorum. III. Ratio status modum decernendi per majora dissuadens. IV. Inhabilitas subjecti. V. Incompossibilitas materiæ. VI. Minoritas paritasve sententiarum. VII. Irrationabilitas earundem. VIII. Inæqualitas Juris. IX. Vis, potentatus aliave majoritas minoris partis majoritati numericæ prærogans. X. Dissolutio societatis. XI. Singularitas. XII. Cessio seu Remissio partium; & si quæ alia sunt ejusmodi. Quod de *Lege positiva* dixi, non caret scrupulo. Sunt enim, qui tantam juri majoris partis auctoritatem tribuunt, ut indistinctè scribant, *Lege vel consuetudine effectum illius prohiberi non posse.* vid. Gloss. & Dd. *in l. 160. §. 1. ff. de R. l. Dec. ad c. cum omnes. de constit. Abb. ad c. 1. de his, quæ sunt à maj. part. cap. Bertram. de comitiis Imperii d. 1b.*

73. Distinguendum igitur inter Jus majoris partis subjecti dependentis & independentis. Quoad Jus majoris partis subjecti dependentis nihil video, quid Legi ejusmodi opponi possit, sicut supra laudavimus constitutione Juris Pontificii, quibus majori parti Capitulorum effectus Juris nostri non nisi sub conditione sanioritatis tribuitur. Quoad Jus majoris partis subjecti independentis subdistinguo inter thesin & hypothesein. Rectè igitur consuluit Cravetta *conf. 195. n. 8.* majorem partem sufficere in his, quæ fiunt ob publicam utilitatem, licet statuto caveatur, quod omnium consensus sit necessarius, add. *verb. final. hujus th.* Ad limitationem superioris &c. pertinet effectum restrictivum veterum: *Major pars regulariter sufficit, nisi reperiat expressum, quod fuit nemine discrepante, vel à duabus partibus.* vid. Bertachino, voce: *major pars*, allegatos. De Remissione partium eleganter loquitur B. Bœclerus noster *d. diss. de Calculo Minerv. d. §. excipit.* *Fac enim, inquit, societatem ita coivisse, ut vel uni vel paucis ceteri plus juris tribuerint: iam expiraverit Jus majoris partis, nisi subtili explicatione cum Grævvinckelio dicamus, eam esse majorem partem, unde stat maior auctoritas aut potestas. Sic autem non retineremus sensum questionis, sicut vulgo disceptatur. Itaque non pertinet huc, quod addit Feldenus: Potest fieri, si partes societatis sint inæquales, ut voluntas unius aut paucorum dirigat eandem, obligetque adeo majorem numerum. Si hoc fit, benè fit: sed attendendum erat, an fiat, remittendo de paritate Juris, inquam coitum est, (cujus rei exemplum illustre memorat Livius VI, 6.) an vero ab initio, sub formula inæqualis Juris, societas instituta sit.*

Th. XLIX.

|| Concludemus dissertationem nostram disquisitione Remediorum, quæ minori parti universitatis contra majorem iniquè decernentem competere possint. Remediorum illorum quædam minori parti independenti & dependenti communia facio, quædam singulis propria. Remedia utrique communia constituo protestationem, exceptionem, defensionem extrajudicalem, pacta, transactiones, compromissa. Protestationis exerci-

tæ

tæ exemplum superiori seculo fuit illustre in Evangelicis con-
 tra Decretum Spirense protestantibus; de cuius Jure nervosè
 exposuit Dn. Strauch. d. dissert. 7. Remediorum singulis pro-
 priorum alia propria sunt dependenti, alia independenti. Re-
 media dependenti competentia sunt omnia ea, quæ possessorio-
 rum petitoriorumq; sive simplicis querelæ sive provocationis
 nomine, Practici nostri efferunt; Interdicta dico, Vindicationes,
 Conditiones; Appellationem, Restitutionem in integrum, Re-
 visionem, Syndicatum &c. vid. Abb. in c. 1. de his quæ fiunt, h
 Bart. in l. fin. ff. de Appell. recip. Alex. in l. iuris gentium 7. § ho-
 die 19. in fin. ff. de Pact. An minori parti independenti contra
 majorem partem independentem, remedio aliquo proprio, suc-
 curri possit, altioris indaginis quæstio est. Quæcunque enim col-
 legia inquit B. Bœclerus noster d. l. sub summa potestate iudicant
 aut deliberant, eorum sententia possunt ab ipsa summa potestate
 ad ordinem iuris & utilitatem Reip. facile attemperari. At in col-
 legio summa civili potestate prædita, si maior pars de Republica de-
 cernat, quod in Reip. noxiam haud obscure tendit: quo remedio pro
 Republica intercedent cæteri? An provocabunt ad populum? Cui
 non est relicta potestas tractanda Reipubl. An dicas, naturaliter
 populo salvum esse Ius intercedendi, ne quid Reipubl. detrimentum
 capiat: idq; etiã tacita exceptione satis caveri? periculose philoso-
 phaberis, & dum uni malo occurris, pluribus te indues. An mi-
 nor pars eorum, qui jura Imperii participant, summa ope obni-
 teretur parti majori? frustra sine vi; si vis comparetur, civile bellum
 incipi palam est. Iam si pars maior in damnum minoris aliqua de-
 cernat, quo remedia se tuebuntur, in quos hoc onus preparatur?
 dices, ex primæva voluntate iudicandum esse de Iure maioris par-
 tis, quæ non credenda sit talis fuisse, ut minorem partem opprime-
 ret, sed tantum vinceret, neque Ius corporis exerceret in partes
 omnimodo, sed certo modo. Esse igitur indubitati Iuris, ne stetur
 parti minori, ubi de minuendo Iure sociorum & communem rem
 habentium agitur. Fateor Ius majoris partis usu non abusu defi-
 niendum esse: sed, ut sunt humana, nisi ab initio certa lege abusu
 obexponantur, & in irritum vocentur tales actus, parum erit
 Reipubl.



*Reipubl. consultum. Ita potest accidere, ut qui de Republ. statuunt, inter se variis modis discrepent, nec diversa modo, sed contraria alter alteri consilia propositaque sequantur, in uno tamen ad extremum plures consentiant, ut pars maior pretextu Reipubl. sibi potentiam & licentiam infinitam sumat. Quæ pericula initio constituenda Reipubl. anteverti debent. Si tamen accidant, & pars major insolentius & præter fas agat, an dicendum erit civitas egisse quod actum est? Ita videtur. Fac enim in Democra-
tia populum aliquid decrevisse, nullo iure, nullo more: cui, nisi civitati, quamvis malè decreta, tribuentur. Quæ instantia Aristoteles diversum sentientes amolitur, 3. Pol. I. loco plerumque parum intellecto. Sed quæ subsit difficultas, omnes vident. Augustanæ Confessioni addictis Civibus Civitatis Augustæ à parte Catholicorum maiori lætis vigore transactionis Westphalicæ reservatum est, ad introducendam alternationem quinti Senatoris Secretioris aliaque legitima remedia provocare, Inst. Pac Cæs. Suec. art. 5. § 9. Tantum.*

SOLI DEO GLORIA!

Erratum Typographicum.

Pag. 40. n. 10. vers. Eodemq; leg. Eodemque & ad n. 3. & 4. pertinent quæstiones apud Auctorem der Grundveste. d. part. 3. c. 7.

Nobiliss. Dn. BURGERO,

de

Jure Partis Majoris

disputanti.

M *Ajoris partis* si debent *jura* valere,
Cur non à cunctis sæpe petita redit
Aurea pax rerum? nec cessant horrida bella?
Cur nihil afflictis auxilii à lachrymis?
Scilicet iratum, hic cuius sunt maxima jura,
Numen se pacem reddere velle negat.
Pars major semper quæ sit cognoscere
præstat,

Hoc, *Burgere*, doces non sine laude Tua.

Amicit. E.

scr.

Joh. Joachimus Zentgravius,

Phil. Pract. P.P. Univers. h. t.

RECTOR.

Ad NOBILISSIMUM

DISSERTATIONIS DE JURE MAIORIS PARTIS

DN. AVTHOREM ET VINDICEM.

D Um ne ciuiles turbet dissensio curas,
Præcauet ingenio prodita norma Tuo;
Quod calamo studiisque refers & nomine,
CIVIS

Officium spondes consilio egregii.

Amico gratulabundus

scr.

Vlricus Obrechtus

Hist. & Eloq. P.P.


DUm non *majoris* votum tantummo-
do *partis*,
Sed cuncti constat *civis* id esse boni,
Ut *votis* tandem validis Pax candida fiat!
En! nova *Burghero* bella ciere lubet.
Sed sunt quæ Teuto Gallusve probabit, &
omnis
Qui Patriæ *civis* bella duella bonus.
Faxit, qui summus Pacis Deus author, ut
almis
Mox valeat Victor fructibus inde frui.

αὐτοχρησισμα

Friderici Wiegeri
U. J. Ddi.








X2615922

WDA







24
G. 39. num. 5.
22
Di. 21.
1679/20

I. N. D. N. J. C.
DISSERTATIO JURIDICA
De
JURE MAIORIS PARTIS,

181

Quam
PRÆSIDE
DN. FRIDERICO SCHRAGIO,
J. U. D. & Prof. Inst. Imperial. Publ.

Solenni disquisitioni submittit.

Autor
JOHAN. CHRISTOPHORUS BURGERUS,
Hall. Sax.

Ad diem Mensis Januarii. M. DC. LXXIX.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.



181

